TABVLÆ AD GRAMMATICA Græca Introductoriæ.

IN QVIBVS

Succinctè compingitur, breviſſima, ſed tamen expedita, ſingularum partium orationis declinabilium, Variandi ratio.

ACCESSIT

Veſtibuli vice, ad eandem linguam εἰσαγωγὴ in gratiam tyronum, quibus vt conuenit explicatiora euolvere, ita neceſſe eſt hæc ipſa ad vnguem tenere.

PLVTARCHVS.

Τῷ γὰρ δεῖ πλέειν, ἀλλὰ μὴ ζῆν τῷ δυλάξῃ.

OXONIÆ,
Recudebat *Iohannes Lichfield*, & vænaunt apud *Eliam Pearſe*. An. D. 1629.

20363

TABVLÆ
AD
GRAMMATICA
Græcæ Introductionis.

Excudebat Iohannes Lichfield, & vaneunt
apud Eliam Traske. An. D. 1629.

PIETATIS ET ERVDITIONIS

nexu, non ſpectabili minùs, quàm

ſuſpiciendo viro, D.D. HOLLANDO;

S. S. Theologiæ Profeſſori regio,

omnibus à me nominibus

patrono venerando.

IMpoſitum à te pœnſum (vir præſtantiſſime) ſuperioribus Penteoſtes ferijs, & aggreſſus ſum, & abſolui; quàm dextrè autem ego & tibi nuncupo, vt facilius de illo æſtimares. Quamvis non eo animo pertexuerim, vt publici iuris eſſet: ſed ad tyrunculos priuatim manuducendos; qui extorſerunt tandè vt excuderetur, ad ſubleuandum in talibus minutijs deſcribendi tædium. Compendium huiuſmodi eſt, quod nec deterreat ſegnes, nec properantes diù detineat; quo initiati, potiùs quàm inſtituti, non refugiant incipientes *quæ tam* breui *comparentur. Itaq; amputatis haud ità neceſſarijs, nucleũ tantùm exhibeo; ita demenſum, vt ſex ſeptimana diebus, totidem*

sectiones respondeant. Non expectes aliquid magni in his angustijs prater nomen tuũ; quod dignare quæso præfixum huic synopsi, quæ iussu tuo coaluit. Fuisti enim tu author, author vt ego essem: tui si omnia quæ possum, rependerem, restabit tamen semper quod debeam. Animadverti te sæpiùs, non minus hanc linguam diligere, quàm intelligere, Himalos illud mihi admouit, aliquid ex hac parte tentandi; quod vtcunq; tuæ celebritati parum conueniat, habeant tamen tui Gulielmus, Brianus, & Eduardus, optima spei filioli, quæ ad paternas in hac linguâ gazas facem præferunt. Πρέπει δὲ καὶ παιδιὰ, ὥσπερ καὶ ὠδὰς ὧν χρὴ φιλεῖν καὶ παίζειν, ἀλλὰ δεῖται καὶ παιδὸς τοῦ μέλλοντος κληρονομεῖν.

Isocrates ad Dominicum

Virgil. 3. Æneid.

Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.

Ipse illud æs grande quod tibi soluendo non sum, illis contendã numerare; quibus cùm omnia quæ possum largiar, refero tantùm gratiam, non ineo; beneficium siquidem non confero, sed reddo depositum: si non vt par fuit, saltem vt in his angustijs potui. Erit (vt spero) tempus, quo quod totà tibi debet respublica literaria, aliquis vberiùs persoluat. Interim boni consulas, maximæ obseruantiæ, minimum hoc testimonium, præsertim illius,

Exon. Colleg. Ian.
1. 1607.

Qui dignitati tuę se æternùm addixit.

Io. Prideavx.

In Isocratis Busiridem de Græcæ linguæ studio, Præfatio.

ISocratem vobis interpretaturo (lectissimi Adolescentes) & Atheniensem, & oratorem; ineptum videtur esse procemium præmittere, cum hoc & a Athenienſibus lege vetitum, & oratoribus illius ciuitatis inusitatum. Verùntamen cùm non hodiè in Areopago versemur, sed in liberioribus Musarum umbraculis, vbi non tam præfari licet, quàm expedit; cumq; ea sit vestra exspectatio, ea loci consuetudo, ea muneris mei ratio, ea rei tractandę conditio, quæ præfatiunculam saltèm aliquam in limine exigat: non ferendus est hìc Areopagi rigor; præsertim cum, & author noster *Isocrates* in hac *laudatione Busiridis*, procemium adhibuerit; & græci sit illud Pindari,

b ἀρχομένῳ δ' ἔργῳ, πρόσωπον
χρὴ δίδυμον πλατύναι.

Quapropter antequam illud pensum aggrediar, quod necessariò magis incumbit, date veniam (Auditores) paulisper expatiandi, & me de vestris studijs, de linguâ omnium limatissimâ paucula inconcinnè congerentem, candidè auscultate. Quod si vos estis ij verè φιλέλληνες, qui docentem potius græcè, quàm dicentem latine, audire malueritis; si eo animo huc confluxeritis hodiè, non tam hæc quæ nunc dico arripiendi, quàm

quæ

a *Significat de Rep. Athenienſ. lib. 3. cap. 3.*

b *Incipienti autem opere frontiſpicium oportet facere præfulgidum. Od. 6.*

quæ posthac sum ex hoc loco dicturus: efficiã profectò vt hæc duo (omissis cæteris) facilè intelligatis. Primo, *Græcam linguam omnibus artibus & scientiis* εἰς τὰ ἁπάντα *esse necessariam.* Deinde, *Non tot obstructam difficultatibus, quin vnius anni curriculo quodãmodo percipiatur.*

Ac necessitas quidem huius linguæ eiusmodi est, quæ maximè vestros animos excitare atq; inflammare debet; quâ, non vt cæteris, quas aucupamur, linguis carere possimus; nisi in cæteris quas tenemus linguis, hæsitantia sequeretur. Ecquid enim animadvertimus Grammaticen nostram Latinam è Græcis literis & rudimentis quamplurima mutuari? Latinos si fortè interrogemus, quomodo γ *Harpyas*, ϛ *Zephyros*, ϖ *Xistos* characteribus exprimerent, cogerentur ζ, υ, & ξ, è græcis nostris necessariò emendicare. Etymologiam si quis latinam non semigræcam agnoscat, næ ille ferulæ supplicio meritò adiudicaretur. Quis enim non Græcorum aspersus sale commodè expediet, illud *Virgilij*, ϖ *Androgeo galeam*] illud *Horatij*, *Desine querelarum*] illud Statij, *Venerande Melampú*] illud Sidonij, *Carmina Sapphûs*] illud Silij Italici, *Consul non desinit iræ*] illud Livij Andronici, *filius Latonas*] illud Ovidij, *Phyllidos ignes*] & similia? poteritne vel studiosissimum latinitatis poetam inspicere, in quo helleniſmi huiusmodi non vbiuis occurrunt? Itaq; declinationibus latinis græcas attexuerunt Grammatici, imò characteribus Romanis græcas adiunxit noster Lilius, vt vtriusq; linguæ cognatio luculentiùs enotesceret. Syntaxin si vacaret percurrere, quot illa græcismis scatet operosum esset recensere. Hinc *Atticismi*, *Periphrases*, *pleonasmi* a ϛ Goclenio obser-

Necessitas Linguæ Græcæ in omnibus artibus & scientijs.

γ *Apud Virg. 3 & 6. Aenead. ex Hesiodo in Theo.*

ϛ *Apud Plinium lib. 18 cap. 34 ex Arist. de Mundo.*

ϖ *Apud Ciceronem lib. de claris oratorib. & Vitruv. lib. 6. c. 11. & Zenophonte in Oxon. Xystus ti. m. g. porticus tecta. Sed Xystum ti. n. g. aperta.*

ζ *Vide Goclenium in analectis pag. 429. Stockwoodum in calce quæstionum Grammaticalium. Possélium. & Frischlinum sparsim in Syntaxi: & alios.*

υ *In anal. loco citato Vide etiam Bartholomæi Alexandri orationem inter illas Rami p. 224. es Grammat. vulgar. ad declinationem primam.*

obſeruati, quorum fontem nobis Græcia aperuit. Quæ-
rerem libentiſſimè à Grammaticaſtro puro puto latino,
quibus nixus regulis, vel *Aurea memor*] vt Virgilius,
vel *illud aſſentior*] vt Cicero, vel *ſolicitus vicem*] vt Li-
vius, vel *iraſci vicem*] vt Curtius, vel *tempora animad-
vertendum*] vt Varro, vel hujuſmodi vſurparet; quò ſe
(quæſo) verteret? vel quæ noua rudimenta procuderet?
Equidem ſi græcos authores non appellet, illorũ Gram-
maticos non conſulat, illorum dialectos non obtendat,
horum decretis ſe non muniat, deminuti capitis Priſcia-
ni à quolibet arceſſeretur. Sed quid ego in Grammati-
ces trivijs ſolicitiùs hæreo? *Rhetoricen*, *Dialecticen*,
Theologiam, omnes illas artes (quas ſub *Philoſophiæ* no-
mine comprehendimus) videre videor habitu Græco
aſſantes, quæ non ſolùm ortum Græciæ, ſed terminos
etiam, quibus explicantur, acceptos referunt. In Rhe-
toricis tot *Troporum* & *Schematum* phalanges, tot illo-
rum affectiones *Allegoria*, *Catachreſes*, *Hyperbole*, non
alio nobis nomine quàm græco innotescunt. In Dia-
lecticis quid *Categoriæ*, *Syllogiſmi*, *Analyticis*, *Topicis*,
Elenchis familiarius? quæ tamen & ſexcenta hujuſmo-
di, è Græcia tranſmigrarunt. Arithmetica ſuas *Proſtha-
phereſes*, *Analogias*, *Homologias*, *Apotomas* è Græcia de-
rivavit. De Geometriâ verò quid dicam? hîc qui græ-
ca neſcit, attonitus obſtupeſcit. *Peripheria*, *Helix*, *Hip-
popeda*, *Cittois*, *Chonchois*, *pelecoides*, *Syſtroides*, *Cerato-
ides*, *Amblygonium*, *Orthogonium*, *Oxygonium*, *Iſoſceles*,
Scalenum, *Iſopleurum*, *Rhombus*, *Rhomboides*, *Trapezia*,
parallela, *parallelogrammum*, *parallelipipedum*, *tetragoni-
ſmus*, *Priſma*, *Polyhedrum*, &c. paſſim illic obvia,

quæ

quæ in Dictionario latino incassùm quæreres. Et vt strictiùs instem in cæteris, vnde hæc in parte Astronomiæ Sphæricâ, *Zodiacus, Horizon, Coluri, Poli, Tropici*, nisi ab ipsa Græciâ? Quis *Epicyclos, Apogæum, Perigæum*, in Planetis, in Luna, *Synodum, Amphicyrtum, Panselenum*, in aspectibus, *Trigonum, Tetragonum*, nobis suppeditauit, præter ipsam Græciam? Græca sunt illa in poematis, *Propemptica, Apobateria, palindroma, Epicedia*, in versibus, *Catalecticus, Acatalecticus, Brachycatalecticus, Hypercatalecticus*; in pedibus, *Spondeus, Dactylus*, & qui sequitur Catalogus. Græca in Musicis, *Pausa, Arsis, Thesis, Diapason, Diapente, Diatessaron*, & omnia chordarum nomina, à *Proslambanomene* ad *Nete Hyperbolæon*. Græca in Opticis, *Diaphanus, Cathetus, Conus, Pyramis*. Græca in naturali Philosophiâ, *Meteora, Cometes, Iris, Galaxia*. Græca in disciplinâ ciuili, *Monarchia, Aristocratia, Democratia, Anarchia, œconomia*. Græca in Inrisprudentia, *pandectæ, paragraphus, Syngraphæ*. Græca in Medicinâ, *Arthrodia, Syncondrosis, Ginglimos, Gomphosis, Symptoma, paroxismus*, & omnia penè morborum nomina. Græca in Latinæ Linguæ addictissimo Cicerone, *Acroama* pro Archia, *Diploma*, in Pisonem, *Ephemeris*, pro Quintio, *Monogrammi* dij de natura Deorum, *peristroma*, & *Gynecæum* in Antonium, *Octophorus*, & *pseudothyrum* in Verrem. Denique ne persequi viderer singula, quæ sunt pænè infinita, *Hypostasis, Idioma, Homousios, Baptismus, Monachus, papa, Diabolus*, apud *Theologos* (quod sciam) Latinis vocabulis vix commodè exprimuntur. Et vt tandem sentiant huius linguæ rudes, quantâ in caligine versantur,

profero clarâ voce paradoxon, vt omnes animaduertant; attendite (Adoleſcentes ſelectiſſimi) quid audacter aſſero; quicunq; inter vos *græca lingua* eſt penitùs ignarus, tantùm abeſt à ſcientiarum excellentiâ, vt ipſarum nomina non probe intelligat. Quid enim *Grammatice, Logice, Rhetorice*, (vt notiſſimis tantùm inſiſtam) annon nominibus *græcis* inſigniuntur? nonnè *Græcam* vendicant proſapiam tritiſſima in hiſce ſpatijs vocabula, *Ethica, Phyſica, Metaphyſica*? quinimmò in linguam noſtram vernaculam ita ſe hodiè inſinuauit *græca*, vt ſine hac, fabulas & comædias [a] Anglicanas vix intelligenter legas. Non hic (quod iure poſſim) infarcio, *Platonem, Euclidem, Ptolomæum*, & (quem meritò colimus) *Ariſtotelem*, græcè ſcripſiſſe: nec attexo *Terentiũ* à Menandro, *Virgilium* à Theocrito, Heſiodo, Homero, *Horatium* à Pindaro, *Ciceronem* à Demoſthene, & ab hoc noſtro Iſocrate (teſte *Quintiliano*) præcipua quæq; delibaſſe, magnificè hæc illuſtrarent Græcorum encomia, ſed ego (his neglectis) neceſſitatem tantùm vrgeo. Atq; ſi vlla nobis inſit pudoris tinctura, hæc nos vreret, hæc in ruborem daret meditatio. Egonè *Ariſtotele præceptore* glorior, qui quid ipſe ſcripſit *Ariſtoteles* nunquam intellexi? Ego *Academici* intumeſcam titulo, qui pueris ruri balbutientibus ſum multò imperitior? quâ ſpe occultiora penetrem, qui obuia *Græcorũ* fragmenta latinæ aut vernaculæ linguæ inſperſa, diſcernendo non ſum? Indignabundus hæc loquor (Auditores) etenim ferenda non eſt noſtra, hac ex parte ſocordia; qui cum vafriculis neſcio quibus argutiolis elucubratiùs invigilemus, ſubſiciuas huic ſtudio horas grauamur im-

[a] *Vt*, Heureſis, Anamneſtes, Acraſia *in Lingua*. Aſotus profitetes, moria, &c. In *Cynthium Revells.*

pertire. Atq; hinc crebri illi *ſoleciſmi* (vt recte obſeruat in libro de abuſu græcæ linguæ *Henricus Stephanus*) quos iam vſus apud nos inquilinos reddidit, generis pro genere, vt hoc *Symbolum Symboli*, pro hæc *Symbola Symbolæ*] declinationis pro declinatione, vt hæc *Hebdomada Hebdomadæ*, pro hæc *Hebdomas Hebdomadis*] numeri pro numero, vt hæc *Grammatica Grammaticæ*, pro hæc Grammatica Grãmaticorum] hinc illa nobis non reprehenſa cacographia, *Chirurgus* prima breui, & *Chiragra*, pro *Cherurgus* & *Cheragra*: *Stratagema* pro *Strategema*] Illa ridicula apud Rhetores figurarum nomina, *Lyptote* pro *Litotes*, *Hendiadis* pro ἓν διὰ δυοῖν, & ſimilia; quæ non tam Grammaticis aſpergunt labem, quàm nobis, qui exploſim illud antiquum iam pergimus reuocare, *Græcum eſt non poteſt legi*. Atqui ſi aliquid ſit quod ſcientiarum latices reddit inſipidos, illud profectò eſt *græcæ linguæ* ignoratio. Cur enim abſtruſi nobis videntur artium termini, niſi quia græca neſcimus? Cur Philoſophos malè capimus? Quia *græca* neſcimus, Cur vim vocabulorum non aſſequimur? quia *græca* neſcimus. Cur ingratus *Ariſtoteles*, aſper *Plato*, lutulentus *Plutarchus* legentibus nobis apparent? Ratio reddi non poteſt, niſi quia tralationum conſectemur vmbras, *græca* neſcientes. Sed ſi cunabula rerum inſpicientes, ipſas à primo (quod aiunt) ovo deducere potuiſſemus, excitatior profectò eſſet mens noſtra ad difficultates abſorbendas; & quæ nunc anxié ſcrutatur, cum voluptate imbiberet.

Capitè. 1.
Capite. 2.
Cap. 3.
Cap. 6.
Cap. 7.

Sed hæc dum attentiùs vrgeo, erit forſan qui neceſſitatem agnoſcens, difficultatem cauſabitur. Iam nunc etiam

etiam circumſtrepit talis inter nos ſuſurrus. Magni facimus hanc linguam, & ſitienter appetimus: verùm τὰ καλὰ χαλεπά, plus negotij faceſſit, quam libenter exantlaremus, alicit linguæ neceſſitas, ſed difficultas deterret. Equidem ſi græcas literas ſubitò acquirendas affirmarem, non ſatis verecundè dicere viderer. Quis enim neſcit, & multa in nominibus, plura in verbis, non pauca in ſyntaxi, dialectis, & accentibus, latere implicata, quæ abſq; collecto & acri ſtudio, non dextrè eruantur? Veruntamen (ſi quid ipſe aſſequar) non video cur non multò citiùs *græcus* quàm aut *Latinus*, aut *Hebræus* quiſpiam euaderet. De nobis loquor (Auditores) qui iã Latini ſumus, expeditior (inquam) eſt nobis *græcæ linguæ acquiſitio*, quàm aut olim fuit *latina*, vel nunc *hebræa*. An quiſquam eſt qui hoc ignorat, qui latinam Grammaticen abſoluerit, non mediocres in græcâ progreſſus feciſſe? Orationis partes quas hic obſeruamus, à latinis didicimus, declinationum (ſi contractiones eximas) non ita diſpar ratio. In verbis apertior diſcrepantia, ſed quæ partium indeclinabilium conſenſu, facillimè compenſatur. Quod ſi tam delicati ſimus, vt non poſſimus vel *vnius ſeptimanæ* tædium, in verbis ediſcendis deuorare; quâ ſpe hebraica aggrediamur, vbi præter *defectiua*, *quieſcentia*, & *geminata*, vnumquodq; perfectũ verbum, per aſperitates *ſeptem* coniugationum plerũq; variatur.

Difficilia quæ pulchra. Solon.

Accentuum græcorum nollem hîc mentionem fieri; hos[a] Latina nobis proſodia iam dudum inſtillauit. Apud Hebræos verò tam implicita eſt hæc *accentuum*, & *punctorum* doctrina, vt citiùs multò græcè ſcribas,

[a] *Relegatur Reg. Gram. de Proſodia.*

vel loquarè, quàm de *Hebraicis* iſtis apiculis, vel pauxillulum comprehenſi teneas. De *Syntaxi* deniq; græcorum quàm ſub dio omnia? Noluit hanc *Clenardus*, de integro adoleſcentulis elucubrare, ſed duxit eſſe ſatis ſum matim perſtringere, quomodo hic vel alibi à latinâ deflectit, quod ipſum fuſiùs proponunt duo celebres Grãmattici, *Ramus* & *Frischlinus*; ex quibus liquido cõſtat nec illum verè eſſe latinũ qui *græca* ignorat, nec græca illum penitùs ignorare, qui *latinis* (vt oportet) inuigilauerit. Itaq; noſter torpor eſt (Academici) non linguæ difficultas, quòd græci non ſumus. Poſſumus linguam *Gallicam*, *Hiſpanicam*, *Italicam*, conductis magno magiſtris, cirò arripere; & *græcam* eadem felicitate (ſi dijs placeat) non poſſimus? Suppetunt nobis tot anni ad *latinas* delicias, & ne horrula quidem quotidiè vna vel altera, græcis impendatur? At *Dialecticis* tibi eſt incumbendum; at quia *græcus* tantò fructuoſiùs. At tibi vſui ſunt magis *diſtinctiones Philoſophica*; at has huius linguæ beneficio intelligentiùs eventiles. Sed *Latinitas* tibi ſufficit; at *β Ciceroni* minimè; qui græca cum latinis ſemper coniũxit: cumq; in ea incidimus tempora, vbi in forò, in ſuggeſtis, in curiâ, in campis, in omnibus omnium ſcriptis, græca audiuntur: hærebet nobis macula (Academici) ſi ſublimiora ſpirantes, elementa nobis tam neceſſaria non teneamus. Potuitnè quatuor menſibus *Ioſephus Scaliger*, omnes *poetas græcos* evoluere, & ex his ſelectiora delibare, Grammaticen contexere: & nos totius anni curriculo, vel vnum fotſitan *Iſocratem*, vel *Homerum* abſoluere non poſſimus? Tentemus aliquid per muſas (lectiſſimi Iue

c *In Principio officiorum.*

Io. Scaliger. in vita patris ſui Cæſaris Scaligeri.

venes) non pœnitebit(mihi credite) insumpti temporis nescitis adhuc quantum ingenio valetis, priusquàm se, mel & seriò periculũ feceritis. Media quę ad hanc collimant metam non omninò desunt; *locus* opportunus, *Tempus* accommodum, *ætas* matura, *libri* selecti: non herculeus à vobis est subeundus labor, tantinè videtur esse *Camdeni* præcepta contractissima, & *Sursini* affixam Nomenclaturam, memoriæ mandare? Non me latet *Chrysoloram, Lascarim, gazam, Moschopulum*, natione *Græcos* fuisse; & quia intermortuum huius linguæ studium rursus excitarunt, magni à nobis faciendos: veruntamen me vobis accommodo, proponendo id quod breuissimum, & facillimum. Quod si quis sit inter vos peritior, cui *Camdenus* non vsque quaq; satisfacit, habet *Frischlinum* & *Baillium*, in accentibus delineandis vberiores, *Ramum* & *Sylburgium*, in methodo concinniores; *Clenardum* & *Antesignanum*, in verbis susiores; *Crucium* & *Gualperium*, in partibus indeclinabilibus elucubratiores; in carmine *Claium* plenio-rem, in Syntaxi *Possevinum* præstantiorem; his tymologicon magnum *Sylburgij*, Cornucopiam *Gartlij*, *Posselij* Caligraphiam. *Dinneri* Epitheta, Rulandi *synonima*, *Frischlini*, *Iunij*, *Megiseri* Nomenclaturas cui lubet, addat. Sed distrahit(ni fallor) tyrones hæc varietas, vnum igitur *Camdenum*, & (quem dixi) *Sursinum* vobis commendo.

--- hæc exemplaria græca
Nocturnâ versate manu, versate diurnâ. Horat. 44.

Quadraginta quatuor(tot habet tantum *Camdenus* in octavo) paginæ, quàm citò percurruntur? Quam ci-

2193. 4. 3244 tò percurruntur? quàm citò *duo millia centum nonaginta tria primatina*, quæ in *Surfino*; vel ad ſummum, tria millia ducenta quadraginta, quatuor, quæ in toto *Scapula*, memoriter recitantur? At ſi hæc primò, ſedulò & ſolidè eſſent iacta fundamenta, pauxillulum eſt quod reſtat vlterius, *graci* eſtis. Ego autem quæ meæ partes ſunt, ab ornatiſſimo Collegij huius *Rectore*, & conſultiſſimis *quinq; ſenioribus* deſtinatæ, praxin *Grammatices* & *Rhetorices*, in *Iſocrate* (pro meo modulo) vobis oſtendam. Is verò quam terſus, & vinctus ſit orator, *Cicero Quintilianus*, *Chytræus*, & (quem præcipuè à vobis conſultum vellem) textus ipſe loquatur. Hoc tantum interfero, quod ſupeditabit *Wolfius*, vt in cæteris orationibus ceteros, ita in hac *laudatione Buſiridis* ſeipſum *Iſocrates* ſuperauit. Detrahat forſan aliquid huius nitori, mea balbutiens interpretatio, indigna vobis, indigna re, indigna maioribus quorum ſedem occupo? verùm deſpicatui non erit æquis, cenſuris; conatus induſtrius.

Demochares Cicero.

μὴ τηλίκα βασίδι χάρις ἔκδοτον ὁπαδῖ

Deniq; cum illud ſit meum ὕστερον πρότερον ἡμετέρων docendo diſcere, ſagacis veſtrę ſit προνοίας, ea hic prius diſcendi, quæ poſthac doceatis. Atq; hæc ſunt, quæ procœmij vice, more loci, proponenda vobis iudicavi craſtino die *Iſocratem* pro *Buſiride* perorantem, σὺν θεῷ accipietis.

Σχεδίασμα.

Cuius partes duæ sunt,

1 Etymologia, in qua cõsiderãda sunt, vocis.

1 Partes

1 *Litera*, Α α, Β β, Γ γ, Δ δ, Ε ε, Ζ ζ, Η η, Θ θ ϑ, Ι ι, Κ κ, Λ λ, Μ μ, Ν ν, Ξ ξ, Ο ο, Π π, Ρ ρ, Σ σ ς, Τ τ, Υ υ, Φ φ, Χ χ, Ψ ψ, Ω ω.

quibus accidũt spiritus duo,
- 1 *Asper*
- 2 *Tennis*

1 Quorum alter vocali initiali semper affigitur.

2 Quæ si sit υ, aspiratur, vt ὑλη. sic etiam

3 cõsonans
- 1 Initiale, densatur, vt ῥάδιον.
- 2 In medio si sit geminũ, priº levigatur, posteriº aspiratur: vt ἐῤῥωσο.

Vide Scotum in Clenard. pag. 851. De literarum autem origine, nominibus, potestate, nexu, consule præcipuè Sylburgium & Gualperium in suis Grammaticis, quomodo autem numeros denotant, exactiùs tradit Crusius Gram. pag. 974. & Herodian. in fine Scapulæ.

2 *Syllabæ*, de quibus concinnius *Ramus*, fusiùs in Vergaram *Baillius*.

2 Affectiones

1 *Accentus*
- 1 Acutus
- 2 Gravis
- 3 Circũflexus

quos planiùs tradit Frischlinus, plenius Baillius

2 *Notatio*, quâ quæritur an vox sit
- 1 *Prima*, quales numerantur à Scapula 3244. de quibus Nomẽclaturæ *Eriſchlini*, *Megiſeri*, *Iunij* & *Surſini* in fine *Camdeni*, &c.
- 2 *Derivativa*, quas Lexica *Stephani*, *Scapulæ*, *Etymologicon vetus*, & *Fungeri novum*, copioſè exhibent.

3 Spe

- 1 Articulus
- 2 Nomen
  - 1 Substantivum.
  - 2 Adiectivum.
- 3 Pronomen
- 4 Participium *q. Verbo attexitur.*

1 Declinatio per 1 *Casus*, qui est:
1 Nominativus
2 Genitivus
3 Dativus
4 Accusativus
5 Vocativus.
2 *Genera*, *Masculinum*, *Fœmininum*, *Neutrum*, &c.

1 Numeri singularis, Dualis, & Pluralis. cuius flexio est vel

3 Species, est enim vel

2 Coniugatio, per
- 1 *Modos* 5, Indicativum, Imperat. Optat. Subiunct. Infinitivum.
- 2 *Tempora* 9, præsens, Imperfect. Perfectum, Pluſquãperf. Aoriſtum *primum* & *ſecundum*; Futurum *primum* & *ſecundum*, Paulo poſt Futurum.

} & est verbum.

2 Sine Numero, Adverbium, Coniunctio, præpoſitio, Interiectio.

2 *Syntaxis*, de qua aliàs.

Et hæc quaſi præmij vicè, libanda ſaltem in limine; tractatus ſequ'tur, ad unguem memoritèr tenendus: eo conſilio in ſex tributus portiones, vt cuiuſlibet, diei in ſeptimanâ penſum, & diſtinctiùs cognoſcat tyro, & fœliciùs abſolvat.

SECTIO. I.

De Articulo.
1 Præpoſitivo ὁ Hic.
2 Subiunctivo ὅς Qui.

	S.				D.			P.				
	N.	G.	D.	Ac.	V.	N. A.	G. D.	V.	N.	G. D.	Ac.	V.
M.	ὁ	τοῦ	τῷ	τὸν		τὼ	τοῖν		οἱ	τοῖς	τοὺς	
F.	ἡ	τῆς	τῇ	τὴν	ὦ	τὰ	ταῖν	ὦ	αἱ	τῶν	ταῖς	τὰς	ὦ
N.	τὸ	τοῦ	τῷ	τὸ		τὼ	τοῖν		τὰ	τοῖς	τὰ	

M.	ὃς	ὅ	ὡ	ὃν	ὼ	οἶν	οἵ	οἷς	ὕς ὅσις, Ita ὅστις
F.	ἣ	ἧς	ᾗ	ἣν	ᾱ	ᾱἶν	αἱ	ὧν	αἷς	ἅς ὁποσῶν, compoſita.
N.	ὃ	ὅ	ᾧ	ὃ	ὼ	οἶν	ᾰ	οἷς	ᾰ

Cuius Declinationes ſunt { 1 Quinq; ſimplicium. 2 Quinq; etiam Contractorum.

	N.	G	D.	Acc.		
Prima eſt maſculinorum in	α	ου	ῃ	αν	1 Vocativus in α vt λῃϛὴϛ ϕ' λῆ· ϛα, niſi in proprijs nominibus quorum Nominativus exit in ης, vt χρύσης, ὦ χρύσης: *Cruſ.*	Υαμίεϛ ωσιλῆϛ α'γιλιαϛ ἀγχίσης
	η	ου	ῃ	ην		
	ης	ου	ῃ	ην		
					2 Dualis Nom. Acc. & Voc. in omnibus declinationibus ſunt ſimiles, hîc autem cum Plurali, formam ſequitur articuli fœmini ſublato τ, *Clenard.*	

Secunda eſt fœminorũ in	α	ου	ᾳ	α	1 Finita in δα, θα, ρα, & α purũ, retinent α in genitiuo & datiuo, vt λύδα, ᾳ, ᾳ.	μίλαινα ἀ'ρετὰ χ'ώρα ἱϛορία
	ης	ου	ῃ	ην		
	ᾱ	ων	αις	ᾱς	2 Dualis & pluralis, perinde ſe habent, vt in declinatione primâ	

Tertia eſt maſ. Fœm. & com. in Neutrorũ verò in	ος	ου	ῳ	ος	1 Dualis & pluralis articulũ ſequũtur maſculinum, in maſculinis & fœmininis, Neutrum verò, in Neutris: ſed 2, Neutrorum Nom, Ac. & voc. in omnibus numeris ſunt ſimiles, & in Plurali in α deſinentes, vt apud Latinos. Ab hac autem	ἱ βασιλῆ ἀ νῆσοι ὁ ἡ ἡ ῥίνὶ τὸ ἀ'στυ δὸν
	υ	οιν	οιν	υ		
	ον	ου	ῳ	ον		

Quarta, Atticè deſcendit: mutando	ο, υ, & α in ω: ος verò in ῳ cum ι ſubſcripto.					ὁ χρῶ τοῦ
	Penultimam α in puris, ſi longa fit, in η, vnde à λαὸς in declinatione tertiâ, fit λεὼς in quartâ, retento interim (vt in communi dialecto) accentu quantacunq; ſit vltima, vt ἄνω & ἄνως.					ὁ ἡ ἡ ῥίνωσῶ τῷ χρῶτο τοῦ ἄνω τοῦ

Quinta imparisyllabica, omnia comprehendit genera, terminationes verò 9. è quibus sunt

1 *Vocales*, *a*, *ι*, *υ*, Neutra. *a*, Fœminina.
2 *Consonantes*, *ν*, *ρ*, *ς*, *ξ*, *ψ*. quæ genere variant: In *ας* tamen sunt Substantiva, Mascul. *Adiectiva* Neut: In *ες*, *ος*, *υς*, *ας*, omnia Neutra. vide Antefig. in Clen.

G. Đ. A. Voc.
ος, ι, α, varius
D N. A. V. G. D.
ι, οιν,
P. ες, ων, σι, ας, ις,
α ξι, α, α,
ψι.

Peculiaris est hic formatio

1 Accusativi singularis, vbi

ις è genitivo *ος* dant *ιν* vel *α*
- 1 puro; *ων* in Accusativo singulari vel *ω*.
- 2 nó pu- *ις* dant *ιν*, *α* vel *η*; vt *αις* & *ις*, dant *αιν* & *ιν*, vt *χαῖς γεγαῶ*, *βοῦς*, *βῶν*, excipe *οῖς πόλι*, & *ὄϊς ὄϊν τα*.

1 *ὄρνις*, *ὄρνιν*, *ὄρνιθ*, *ὄρνιν*, *Cίτηις*, *βάτηυ*, *Cίτηι*, *τηιν*.
2 *ἔρις*, *ἔριδα*, *ἔριν*.

2 Vocativi singularis, in quo

1 *ὀις*, *ις*, *ὐς*, *υς*, *ας* abiic: *σ*; vt *πλοῦς πλοῦ*, *βάτηις βατηῖ*, *χαλκεύς χαλκεῦ*, *μῦς*, *μῦ*, *βῶς*, *βῶ*, Gualp.
2. *ν* & *ρ* amittunt *ας* genit: vt *ἄστυ ἄστεως* & *ἄστεος*, *ἄστυ*, quò spectant etiam hęc acuritona, *ἀνὴρ*, *ἀνδρὸς μαῖδρ*, *παῖδρ*, *ὦ ἄνερ πάτερ*, &c.

¶ Excipe *ἄνθρωπος ὁ πᾶς ἅπας οἱ ἅπαντες πάντες ὁσῖος*.

3 Dativi pluralis, hoc modo.

1. *ξ*. *ψ*. & *dipthongus*, addunt *ι* Nominativo singulari, vt *κόραξ κόρακξι*, *ὦψ ὤπι*, *ναῦς ναυσῖ*, eximas, *ἕς ἑνὶ*, *οὗς ωσὶ*.
2. *ντ*, mutat *σι* genit: contracti in *ᾶν*, vt *πατὴρ πάτρ πατράσι*, *ἀνὴρ ἀνδρὸς ἀνδράσι*.
3 *Cætera*, *ασ ις σι* ante *ι* dativi singularis excludentia *π*, *θ*, *γ*, *τ*, & addendo *ι* post *ε*, & *υ* post *ο*, vt penultima fiat longa; sic *λέοντι λέουσι*, *πόδιτι πόδεσι*.

Contractorum Declinatio.

Prima est Masc. Fœ. & Cõ. in *ης*. Sed Neutrum in *ος*.

ης	*ει*	*η*	*η*	*οῖν*	*εις*	*ων*	*εις*	*εῖς*
ους	*εῖ*	*εα*	*ες*	D. *εῖ*	*οιν*	P. *εις*	*εων*	*σῖ*	*εας*	*εῖς*
		ες			*η*			*η*	*η*
		ος			*εα*			*εα*	*εα*

Masc. Propria, vt *ὁ ἀριστοτέλης*. Fœm in *ης*, vt *ἡ τριήρης*.

Adiect. in *ης* & *ις*, vt *ὁ ἡδὺς ἀληθὴς*, & *τὸ ἡδὺ ἀληθὲς τεῖχος*.

Itaq; cõtrahuntur omnes obliqui, præter Dat. Pluralem, *Ac.* & *Voc.* sing. Neut. & nonnullos Isosyllabicos Propriorum, vt *Σωκράτης Σωκράτει*.

Se-

Secunda eſt Maſc. Fœm. & Com. in *is*, Neutrorũ verò, in *ι*, cuius contractiones ſũt (quib⁹ à quintâ ſimpliciũ variat) in

1 Dat. Singular. *ι* in *ι*, ὄφει, ὄφει.
2 Nominat. Accuſat. & Vocat. plurâl. *εες*, & *ιας*, *ις*, vt ὄφεες, & ὄφιας, ὄφεις.
3 Neutrorum plur. *εα*, *ι*, *στίγμα*, *είναι*.

1. τὸ ὄφει.
2. verbalia ſecũdæ declinationis, vt φιλόσοφος φιλόσοφε ὀξύτ.
3. τὸ εἶναι.

Tertia eſt Maſculinorum tantum in *ευς*, quorum Dativus ſing. Nominativus, Accuſat. Vocat. Dualis, & Pluralis, contrahuntur more declinationis primæ, vt βασιλέϊ, λεῶ, βασιλέε, λεῖ βασιλέες & βασιλέας, λεῖς. βασιλεύς.

Quarta eſt fœmininorũ in

ὰς	quorũ contrahitur ſingularis	G. *βος*	*ῦς*	ὄχβος ὀχῦς	1 Vocativus ſing. eſt ſimilis Dativ. ἀιδηῶ.
		D. *ῖ*	*εῖ*	ὄχβῖ ὀχεῖ	2 Dualis & plur. ſequũtur formã tertiæ declinationis ſimplicium. ὄχθ᾽.
		A. *ἂ*	*ὰ*	ὄχβἂ ὀχᾶ	

Quinta eſt Neutrorum tãtùm in

ας purũ & *ξας*	quorum contractio fit eliſo *σ*, in genitivis, in *ω*, in reliquis caſibus, in *α* longum, vt Gen. κέρᾱ Ⓒ, κέρα Ⓒ, κέρως, D. κέρᾳ, κέρᾳ, κέρᾱς, κέρᾱ, κέρᾳ.	κέρας. κέρως.

SECTIO. II.

Adiectivorum.

		M.	F.	N.			
quæ dã movẽtur per tria genera & terminationes	1 Tres	1. *ος*, *αινα*, *αν*,			τάλας, τάλαινα, τάλαν, excipe μέλας, μέλαινα, μέλαν, & πᾶς, πᾶσα, πᾶν, cum compoſitis,	E quibus deſinẽtia in *ων*, *ος*, *ως*, *αξ*, *αχ*,	Excipe ὑγρός, ρά, ρόν.
		2 *ης*, *εσσα*, *εν*.			χαρίεις, εσσα, εν.	χαρίεν.	
		3 *ος purũ* & *γος*, F. *α*, N. *ον*.			ἄχθος, ἀχθέα, ος. πονηρὸς, ρὰ, ρὸν.	non comparantur.	

Prima ſyllaba τῶν, τοῦτο γλυκύτερον. ὁ τοῦτος. τοῦτι, ἰσοῦ.

sed ai impurũ, u & ey. cõpoſitũ eſt cõmunis generis.

ἀγαθὸς, ἀγαθὴ, ἀγαθὸν, ſed ὁ ἢ ἄμφω Θ, ἢ τὸ ἄμφω ey.

4 us, a, um, Sed poſt cõtractionem, purum, aut præcedente ſ. F. a, N. um, compoſita ſunt communia.

ἁπλοῦς, ἁπλῆ, ἁπλοῦν. ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο.

ὁ ἢ ὁ ἴυνυς, ἢ τὸ ἴυνυν.

6. us, ua, u, Sed compoſita ſunt communia.

γλυκὺς, εῖα, ὺ, γλυκὺ. ὁ ἢ ὁ φιλόμηκυς, ἢ τὸ φιλόμηκυ.

Reliqua verò reſcunt per τος & τὸ Θ, præter nonnulla in is, quæ admittunt etiam ων & ιος Θ. de quibus, & de irregularibus, conſule Grammaticos.

2 Duas.

M. & F.	N.	
1. ων	ey.	ὁ ἢ ὁ πίων ἢ τὸ πίον.
2. ης	ες.	ὁ ἢ ὁ ἀληθὴς ἢ τὸ ἀληθὲς.
3. ις	ι.	ut ὁ ἢ ὁ φιλόμαθεις, θει.
4. ων	ον.	ὁ ἢ ὁ ἄφρων, ἢ τὸ ἄφρον.
5. ων	ων.	ὁ ἢ ὁ μονόχρων, ρων.

3 Vnam

1. αξ, ut ὁ ἢ ὁ τὸ ἄρπαξ ἅρπαγος,
2. αρ, ut ὁ ἢ ὁ τὸ μάκαρ μάκαρος.

Sunt

Sunt
- 1 Primitiva 3.
  - 1 ἐγὼ ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ; D. νῶϊ, νῶϊν. μοῦ, μοὶ, μὲ, νῶ, νῶϊν. P. ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς.
  - 2 σὺ, σοῦ, σοὶ, σὲ, D. σφῶϊ σφῶϊν. σφῶ σφῶν. P. ὑμεῖς, ὑμῶν ὑμῖν, ὑμᾶς.
  - 3 ὅ, οὗ, οἷ, Ἑ, D. σφωέ, σφοῖν. σφέ, σφῶν. P. σφεῖς, σφῶν, σφίσι, σφᾶς.
- 2 Possessiua 8. ἐμὸς, σὸς vel τέος, ὁ vel ἑὸς, ἡμέτερος, σφέτερος, ὑμέτερος, ὑμμέτερος, σφώτερος, quæ vt adiectiua trium terminationum variantur.
- 3 Demonstratiua 3, οὗτος, αὗτη, τοῦτο, ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, ὁ ἡ τὸ δεῖνα, vel δεῖς, δεῖνος vel δεῖνα, δεῖνι & δεῖνα δεῖνα.
- 4 Relativum, ὅστις ἥτις, ὅτι: vt Possessiua superiora.
- 5 Composita 3, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, quæ Genit. Dat. Accus. singularem tantùm habent.
- 6 Gentilia 2. ἰθακήσιος, ὑμμετέριος, quorum Interrogativum ποδαπός, & flectuntur vt Possessiua, Gualp.

SECTIO. 3.

De Verbis.

Quæ sunt vel
- 1 Analoga, quorũ coniugationes sunt 13.
  - 1. Barytonorũ 6, in ω quibus triplex accidit forma
    - 1 Actiua
    - 2 Passiua
    - 3 Media,
  - 2. Cõtractorũ 3. in ω
  - 3. Verborum in μι, 4.
- 2 Anomala.
  - 1 Impersonalia de quibus vide susius.
  - 2 Heteroclita. Grammaticos.

Excipe πλέω πλέομαι πίπτω πτ|ω, πράττω, ἰρία ἄομαι, ἰμάομαι, ἰνάομαι, πνάομαι, λαΐομαι βρώομαι, πάομαι πίομαι, quæ Futurum dant σω. vt contrà σχιτλιάσχω ἀιάζω, στολίζω cum quibusdam alijs, habent Fut. ξω. vide Chalcon: pag. 123. & Gualp. pag. 72. κλαύσω 1. χρυσὸν ἀργύρωσα. Chrysoloras. k Nisi in ἀάω ἄσω, ἀνδάνω ἀνδήσομαι, ἀσθμαίνω, ἀσχαλάω, ἀσχαλήσω, ἀυτέω ἀυτήσω, ἀϊστόω ἀϊστώσω, ἀσπαίζομαι, cum quibusdam alijs, quæ augmentum non admittunt, &. ἀάω, ἀίζω, ἀθῶ ἄλλω ἄλεο, ἀμπνύω, ἄμπνυμαι, ἀπτω ἀρίω, ἀρύω, ἄρπτο, ἀργάζομαι, ἀσκάω, ἀστάω ἀω. quæ mutationis vice, adsciscunt, sed ἀστραπάζω ἀστράπτω. Gualp. p. 80.

Barytonorum *Indices*, siue *Characteristica*, sunt Coniugationis

Præs.	Fut.	Præt.
1 ω, β, φ, π.	ψω	ῥίπτω, τύπτω, ἔπτηκα.
2 κ, γ, χ, κ.	ξω	πλέκω, πλέξω, πέπλεχα.
3 τ, δ, θ.	σω vt	ἀνύτω, ἀνύσω, ἤνυσα.
4 ω vel π, ζ.	ξω	σπεύδω σπεύξω, πέσπευχα
	σω	ῥηγάζω, ῥηγάσω, ἔῤῥηχα.

5. λ μ. ν. ρ. & sic Fut. vltimâ circumflexâ præt. κα, vt ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλκα.

6. ω purum, Fut. σ. Præt. κα, vt τίω, τίσω, τέτικα, & caret plerunq; Aoristo & Futuro secundo, cum Præterito medio.

Hoῖς autem variatio est vel

1 *Temporalis*, in quâ est formatio temporũ à se invicem, *in*, & *ex* Indicativis, cui accidit augmentum duplex

1 *Syllabicum*, cum verbum incipit à Consonante, tum enim (ε) præfigitur, *Imperfect. Pluſquamperfect. & duobus Aoristis*, modi tantùm Indicatiui, vt πάσχω, ἔπαθον, ἐπέπαθειν, ἔπαθα, ἔπαθον.

2 *Temporale*, in verbis à vocali, aut dipthongo mutabili, inchoantibus, tũ siquidem k mutantur in prædictis tẽporibus α, ε, ω, in η: ο & οι, in ω: ω in νυ. Quam simplicium etiam sequũtur formam, 1. *Compoſita cum Nomine*. 2 *Cum* ὁμῶς vel ὁμῶ, 3 *Cum* α, *particulâ privatiuâ*, 4 *Cum præpoſitione non mutante* significationem verbi. in cæteris, 1. *Aut augmentum* inter præpositionem & verbum *interferitur*, præsertim cõpositis ab ἐυ & δυς, vt εὐεργετῶ ἐυηργέτουν, δυστυχῶ, δυστυχέσω; 2 *Aut præponitur* simul & *interponitur*, vt ἀναχλάω, ἀνέκλων

2 *Perſonalis*, vnde personarum & numerorum in omnibus modis simplicitèr patet deductio. Vtrumq; in singulis perpendemus.

Va-

In voce Activa, formatur

1 A Præsenti

1 Imperfectum,
- 1 Mutando ω in ον, & 2 Præponendo augmẽtũ
  - vt τάττω ἔταττον, βάπτω ἔβαπτον, τ geminato, quod in cæteris à τ inchoantibus, est observandum.

Futurũ primũ
- 1 In sextâ Conjugatione, ponendo σ ante ω, vt τίω, τίσω.
- 2 In quintâ, circumflectendo vltimam, & corripiendo penultimam.
- quæ si longa fit ratione
  - 1 Positionis, abjicitur posterior
    - 1 Consonans, vt τίμαω τιμῶ.
    - 2 Vocalis, vt φαίνω, φανῶ.
  - 2 Diphthongi
- 3 In reliquis Conjugationibus, mutando indicem illius, in indicem hujus, vt τάττω τάξω, sed σπέρχω à τρέχω, σχίζω à τρίχω, ἕξω ab ἔχω, à quo etiam assumunt aspiratam.

Quædam habent 2 ex Futurum, vt πνέω: & πνεύσω, à πνεῦμα, χράω & χράομαι a χρέος. de quibus vide Gualp. p. 89.

2 A Futuro primo

1 Præteritum, præponendo ejus augmẽtũ, quod est vt Imperfecti, in Incipiẽtib⁹ à vocali, aut duplici cõsonante: aliàs repetitur, ex primâ thematis consonante, tenuis saltem pro aspiratâ, & in

1 Quintæ Conjugationis Futurũ
- 1 Dissyllabum mutat ε penultimã in α, modò Futurum non desinat in μω, vt γελῶ ἐγέλασα.
- 2 λῶ vel ρῶ, mutat ῶ in σω, ιω in ισω, vt φαλῶ ἐφάλασα, σπερῶ ἔσπεισα, τεμῶ τέτμηκα.

3 νω, mutat νω in ξω, in
- 1 Dyssyllabis
  - 1 ειγω vt λείγω ἔλιξα.
  - 2 ινω ξω, κλείνω κλίκει-
  - 3 υνω ξω, δύνω πλύνω.
- 2 γκα in cæteris, vt φαίνω φέφαγκα.

a Sic etiam in inchoantibus a λ, πλ μν. & muta cum liquidâ, præter κτ & χθ. Clenard.

2 Reliquis mutatur tantùm terminatio & Index illius in huius, vt τάξω, τέτυχα, βλάπτω ἔβλαψα augmento imperfecti retẽto.

2 Ao-

Characteristicam Futuri non assumunt ἴδωσω, ἴδωσις, ἴδωσι, ἴδωτα, ἴδωσιν, ἴδωκα, ἴδωμι, ἴδωσα, vt faciunt cætera, Gualp. pag. 85.

2 Aoristus primus,
- 1 Augmentum Imperfecti præponendo.
- 2 Mutando terminationem illius in huius.
- 3 Producendo penultimam futuri quintæ conjugationis, mutando ε in η, ο in ω.

vt ἐλαλῶ ἐλάλε. σπαρῶ ἔσπειρα.

3 A perfecto pluſquamperfectum, præponendo eius augmentum, & mutando ε in ει, vt τέτυφα ἐτετύφειν.

4 Ab Imperfecto Aoristus secundus, penultimam corripiendo, quę si lõga sit.

1 Positione, in
- 1 quam à conjugatione, mutatur Index in
  - 1 γ, si Fut. sit ξω, vt τάξω, ἔταξον, ἔταγον.
  - 2 δ, si Fut. sit σω, vt ῥάσω, ἔῤῥαζον, ἔῤῥαδον
- 2 Reliquis, abjicitur posterior consonans, vt ἔκαμνον ἔκαμον.

2 Diphthongo, abjicitur posterior vocalis, nisi in ὁ & ω, ubi prior eliditur, vt ἔῤῥοδον ἔῤῥυσον ἔλειπον ἔλιπον: ει tamen in quintâ coniug. in Dissyllabis, mutatur in α, vt ἔπειθον ἔπαθον; in trissyllabis, in ε, vt ἄφειλον, ἄφελον.

3 Vocali ι vel υ, transeunt illæ in α, sicut etiã & ε; vt ἔλιπον ἔλαβον, ἔτρωγον ἔφαγον, ἔλεγον, ἔδαεγον; excipe ἔπιον, ἔζευγμαι, ἔῤῥιφον, ἔπτικον.

Invsitatum est hìc, & in voce media, nisi in qvibusdam Anomalis, & Ionicè. Antesig.

5 Ab Aoristo secundo Futurum secundum, dempto augmento, & ον in ῶ mutato, vt ἔπεσον πεσῶ.

6 Reliqui modi & Participia à suis Indicatiuis, mutando terminationes illorum in horum, commemorando Imperf. cum Præsentibus, Pluſquamperf. cum perfectis, sublato demum augmento in Aoristis.

Variatio Personalis (vbi μεν primæ pluralis excludit primam Dualem, & (ν) tertiæ pluralis, secundam & tertiam Dualis reddit similes.)


Est in
1 Indicativo quadruplex
1 S. ω, εις, ει
D. ε̃τον, ε̃τον
P. ομεν, ετε, ουσι
ῶ, ῆς, ῆ. F. 2
sic
1 Præsens
2 Futurũ
vt
1ª
2ª
τύπτω
τύπτω
πεμῶ
2 S. ον, ες, ε
D. ετον, έτην
P. ομεν, ετε, ον
ita
1 Imperfectum
2 Aoristus secundus
vt
ἔτυπτον.
ἔπεμπον.
3 S. α, ας, ε
D. αμεν, ατον
P. αμεν, ατε, αν
άτην
ασι
ita
1 Perfectum
2 Aoristus primus
vt
τέτυφα.
ἔπεμψα.
4 S. εν, ες, ει
D. ετον, έτην
P. εμεν, ετε, εσαν.
sic
Plusquam perfectum vt
ἐτετύφειν.
2 Imperativo duplex
S. ε, έτω
D. ετον, έτων
P. ετε, έντων
sic omnia formantur tempora præter Aoristũ primũ qui ita variatur
ον, άτω.
ατον, άτων.
άτε, άντων
caret Futuris, vt etiam Subiunctivus.
3 Optatiuo duplex
S. οιμι, οις, οι.
D. οιτον, οίτην
P. οιμεν, οιτε, οιεν.
Ita omnia tempora præter Aoristũ primũ
1 Communem, S. αιμι, αις, αι, D. αιτον, αίτην. P. αιμεν, αιτε, αιεν.
2 Æolicum, S. ειαν, ειας, ειε. D. οίατον, οιάτην. P. οίαμεν, οίατε, οιεν.
4 Subiunctiuo vnica, S. ω, ῃς, ῃ. D. ητον, ήτον. P. ωμεν, ητε, ωσι.
Infinitiuo triplex
1 Omnia tẽpora præter
1 Perfectum
3 Aoristũ primũ
ειν
ναι
σαι
Quorum participia.
1 ων, υσα, ον, οντος, υσης, οντος.
2 ὰς, ᾶσα, ὰς, ὰντος, ᾶσης, ὰντος.
3 ας, ασα, αν, αντος, ασης, αντος.

SECTIO IV.

Vocis Passiuæ.

Formantur Tempora.

1 Indicativi

1 A suis Activis

1 Præsens
2 Imperfect.
3 Aoristus 2do

mutant

1 ω in ομαι, vt τάπτω, τάπτομαι.
2 ον in όμην, vt ἔτυπτον, ἐτυπτόμην
3 ον in μην, vt ἔτυπον, ἐτύπην.

4 Perfecti mutãdo

ι, α, in μαι.

2 Indicem illius in Cõiugatione

1ª In μ, vt γέγραφα, γέγραμμαι.
2ª In γ, vt λέλεχα, λέλεξμαι.
3ª In σ, vt πέπαικα, πέπαισμαι.
4ª In γ & α, vt in 2 & 3. vt τέτυχα, τέτυμμαι, πέφευγα πέφευγμαι.
5ª Abiiciendo, ησι vbi γκε vertitur in μμαι, vt τέθεικε, τέθειμμαι.
6ª Modò mutando in σ, e penultimâ actiuâ breui, aliter abiiciendo. vt πέπλεκε, πέπλεγμαι, πέπεικε, πέπεισμαι excipe ἕαγμαι, τέθραυσμαι, & quædam alia α assumentia. Gualper. pag. 99.

Diffyllaba in Coniug. 1. liquidam ante (ι) habentia (ι) vertunt in α vt ἱστάω ἑστάμαι, τίθημι τέθειμαι.

2 A Perfecti persona.

1ª Pluſquamperfectum, mutando μαι in μην, & augmentum addendo, vt τέτυμμαι ἐτετύγμην.
2ª Paulo-post Futurum, vertendo αι in ομαι, vt τέτυξαι τετύξομαι.
3ª Aoristus primus, mutando αι in ην, & tenues ante αι, in suas aspiratas, vt τέτυχθαι ἐτύχθην, ἐσκέφθαι ἐσκέφθην repetens amissum (σ) pauca variant, assumendo σ, & (ε) pro (η) in penultimâ. Gualp. 102.

3 Ab Aoristo

1º Fut. pm, deponendo augmentũ, & mutando ν in σομαι, vt ἐτύχθην τυχθήσομαι.
2º Fut. 2m eodẽ modo, vt ἐτύπην, τυπήσομαι.

2 Perfecti

1 Imperativi, à 2º singulari perfecti Indicativi, mutando αι in ο, vt τέτυξαι τέτυξο.
2 Infinitivi, à 2ª eiusdem Duali, mutando ον in αι, vt τέτυχθον τέτυχθαι.

3 Reliquorum modorum & Participiorum ab his, vt anteà dictum fuit in Activâ.

For-

Est in 1 Indicativo, triplex

1 S. ομαι, η, ε). D. ὀμεθον, εσθον, εσθον. P. ομεθα, εσθε, ονται. Sic formantur Præsens, cum Futuris tribus nempe, τυπτήσομαι, ταχθήσομαι, ταχυνήσομαι, πλαξομαι.

2 S. ὁμην, ου ετο. D. ὀμεθον, εσθον, εσθην. P. ὀμεθα, εσθε, οντο: ita variatur imperfectum, & Aoristus secundus medius, scilicet ἐτυπτόμην, & ἐταχόμην.

3 S. in cõiugatione

1ª	ξαι, χθαι	
2ª	μαι	ται, σται
3ª	ξαι, χθαι,	
4ª	σαι,	σαι, ται
5ª	σαι,	
6ª	μαι,	

Dμεθον, σθον, ται. P. μεθα, σθε, νται. si tertia singularis desinat in ται impurum, vt τύπτω, τέτυπται (τέτυφθε ἰσον): aliter fit à tertiâ singulari, ponendo ante ται purum, vt τύπτω, τύπτομαι, á qua etiam secunda & tertia Dualis, & secunda pluralis formantur mutato ω in ο, & tenuibus in aspiratas, vt τύπτεται, τύπτεσθον, τύπτεσθε, & ista est solum forma perfectorum. Cæt.

4 S. μην, σο, το. D. μεθον, σθον, σθην. P. μεθα, σθε, μένοι, ὦσαν vel εν (vbi præteritum est ται:) ita tantum pluſquamperfectum, vt ἐτετάγμην.

5. S. λω, ης η, D. ητον, ήτην. P. ηλθω, ητε, ησαν. Sic Aoristus primus, & secundus, vt ἐτάχθην ἐτάγην.

2 Imparativo, triplex

1 S. υ, έσθω. D. εσθον, έσθων, P. εσθε, έσθωσαν. Sic præsens & Imperf. vt τύπτου, τυπτέσθω.

2 S. ο, σθω. D. σθον, σθων, P. σθε, σθωσαν. Sic Perfectum & Pluſquamperf. vt τέτυξο (τέταχθι, τετάγμην.

3. S. ηθι, ήτω, D ητον, ήτων. P. ητε, έντωσαν. Sic Aoristi

Nisi præcedat aspirata, tum enim est ατι euphoniæ gratiâ, vt τάχθητι χθήτω. Gualp. p. 103.

3 Optativo duplex

1 S. ίμην, ίο ιτο, D. ίμεθον, ίσθον, ίσθην, P. ίμεθα, ίσθε, ίντο, ita Præsens & tria Futura, vt τυπτοίμην, τυχθησοίμην, πλαξοίμην.

2 S. είην, είης, είη, D. είητον, είήτην. P. είημεν, είητε, είησαν sic Aoristi, ταχθείην, ταγείην, & Perfectũ in Barytonis, quod ad istã formam circumloquimur Participio & verbo substantiuo: in alijs verò, præsentis retinet terminationem, pe-

4 Subiunctivo duplex
- nu ultima (nisi in primis personis) circumflexa, vt πεπαύμην, πεπαῦσο, πεπαῦτο, &c. πεπαύμην, πεπαῦσο, πεπαῦτο, &c.
- 1 S. ω, ας, ε, μι, τι, D. ον, αν, αν, ον. P. ωμεν, ητον, ητην, ωσι. ita Præsens & imperfectum τάττομαι.
- 2 S. οῦ, οῖς, οῖ, D. ῦτον, ῦτον, P. οῖμεν, ῦτε, οῖεν. ita Aoristi πάχθῶ, ταγῶ, & perfectum in Barytonis; aliàs vt præsens variatur ad modum optat: vt πεπαῦμαι πεπαῖο, πεπαῖτο), &c.

5 Infinitivo, sic omnia tempora Indicativi desinẽtia in
- 1 μαι & 2 μην faciunt
  - 1 Infinitivum mutando (ι) finale in αι. Pluralis in αι, vt τάττεσθαι, τάττεσθαι. Aoristis vero addendo αι, 1 æ. personæ singulari, vt ἐπάχθην ταχθῆναι.
  - 2 Participia mutando μαι vel μην in μενος, μένη, μενον: sed Aoristi mutant ην in ὰς, ᾶσα, αν, vt τάττομαι τατταμενος, ἐπάχθην, ταχθεὶς, ῆσα, εν.

Vocis Media.

Formantur tempora vel A suis Activis,
- 1 Aoristus 1 mutãdo
  - 1 α in άμην, vt ἔταξα ἐταξάμην.
  - 2 ην in όμην, vt ἔταγον ἐταγόμην,
  - 3 α in ομαι, vt τάξω τάξομαι.
  - 4 οῦ in οῦμαι, vt ταχῶ ταχοῦμαι: excipe ἕλκομαι, πίομαι, φεύξομαι.
- 2 Futurum
- 3 Perfectũ mutãdo
  - 1 Indicem perfecti Activi, in indicem Aoristi secundi, vt τέτακα τέταγα, sed in sextâ coniugatione, κ tantum tollitur, vt λέλυκα λέλυα. Camd. Crus.
  - 2 Penultimã
    - 1 Futuri
      - 1 ε in ι in dissyllabis, vt στρέφω στροφῶ ἔσομαι.
      - 2 ει in οι, vt πείθω πιθοῖδα.
    - 2 Præsentis Activi
      - 1 αι in η, vt φαίνω φήνω.
      - 2 α in η, n si in paucis, vt θάλλα τέθηλα.

2 A se invicem, vt à Perfecto-Pluſquamperf. mutando ε in ον, & præponendo augmentum, vt τέτυφα ἐτετύφειν, Ab his autem, reliquorum modorum tempora & participia juxta Analogiam formarum præcedentium.

Variantur.

Perſonæ hoc modo.

1 In omnibus modis
- 1 Præſens & imperfectum vt paſſiua ſua.
- 2 Perfectū & pluſquamperfectū vt Actiuus.
- 3 Futura vt præſens.
- 4 Aoriſtus ſecundus vt Imperfectum.

2 Aoriſtus primus.
- 1 Indicat. S. ἀμύνω, ανω. D. ἀμυνθον, ανθον, ἀμυνθων. P. ἀμυναμεν, ανεν, ανντο.
- 2 Imperat. S. αι, ανθι. D. ανθον, ανθων. P. ανεν, ανντων.
- 3 Optat. S. ἀμύναιμι, ανοιμι, ανειε. D. ἀμυναιτον, ανοιτον, ανειτην. P. ἀμυναιμεν, ανοιμεν, ανειαν, ανειεν.

3 In Subiunctiuis ομαι Aoriſtorum vt præſens.

4 Infinitivus & participia ſequuntur Canones Infinitiui actiui in præterito, paſſiui, in cæteris.

SECTIO V.

Circumflexa oriuntur è 6ª Barytonorum in εω, αω, & οω, cuius formam omninò ſequuntur, niſi vbi.

Cõtrahũtur in præſẽti tã & In quibus ſñ

1 ε in εω, Fut. ήσω, præteritũ, ηκα, vt πνέω, πνήσω πνέπνηκα.

1 Diſſyllabis, 1ª ſingularis, 1ª etiam & 3ª pluralis (vti nec Optativus, nec Subiunctivus) non contrahuntur, vt πλέω πλέομεν, πλέουσι, non πλῶ πλοῦμεν πλοῦσι.

2 Cæteris.
- 1 Tollitur, ε, vocali lõgâ vel dipthõgo ſequẽte, ut ποιέω ποιῶ, ποιέομεν ποιοῦμεν.
- 2. εε contrahitur in ει, ευ, in υ: vt ποιέεις ποιεῖς, ποιέομεν ποιοῦμεν.

Excipe nonnulla in ι, ιόω 2 ιάω 3 vtriſq; de quibus Gualp. p. 119.

Quædam eximas in quib ῳ, ῃ, ᾳ, vel ι præcedit κα, vt ἱᾶτο κεκράδω ὀλόλυγα. Fut. ξω sed κράω & κλάω, ασω. Sylburg. p. 99. Gualp. p. 131. 2 Præter ἀράω ἀράσω. Gualp p. 142. Horum nonnunquam vicem supplet circumflexa reduplicationem habentia vt τιθῆτι pro τίθησι, tanquã à τιθάω. ῶ: ἵεται pro ἵησι ab ἰάω, διδῶσι pro δίδωσι à διδόω Gualp. p. 153.

Imperfecto. omnium formarũ & modorũ, & fit coniugationis.

- 2 α In αον barytona, vt βοάω ἐβόων ἐκέκραγον. In quibus si sequatur.
- 3 in ων, ουν, ουσα, vt χεύω χεῦων χεχεῦκώς: ιο quibus si sequatur
  - ι, vel ι quo vltimo. contractio
  - 2 Alia vocalis fit in
    - 1 ω vel ω. contractio
    - 2 ε vel ε. contractio
    - 3 Alia vocalis fit in μι in Infinitivo in ῦναι, vt χεύω χεῦναι.
      - ω, vt βοάω βοᾶς, βοᾷ, βοῶμεν, βοᾶτον.
      - ω, vt βοάω βοᾷς, βοᾷ, βοᾶτον.
      - 1 ω, vt χεύω, χεῦσω, &c.
      - 2 ω, vt χεύω εἷς, εἵ, &c.
      - ῳ, vt χεύω χεύσῃς

SECTIO. VI.

Verba in μι carent.

Futuro 2. Aoristo 2. passivo, & præterito medio, nisi in dissyllabis 4. quæ retinent futurum & Aoristum secundum. Trisyllabis verò deest optativus, & Subiunctivus, nec vltrà imperfectum inflectuntur. Gualper. Camden.

1 Origo est à verbis sextæ Coniugationis in ω, αω, εω, υω.

2 Præponendo reduplicationem, quę est

- 1 Mutando vltimam in μι, et vertendo penultimam, si fit mutabilis, in suam longam.
- Propria, aut,
  - 1 Repetita prima Consonans thematis cum ι, vt δίδωμι δίδωμι.
  - 2 Tenuis posita pro aspirata, vt τίθημι τίθημι.
- 2 Impropria: cum (ι) tantum præfigitur, idq; fit cum verbum incipit vel à
  - 1 ι, vt ἵστημι ἵστημι.
  - 2 Vocali, vt ἵημι ἵημι.

Horum

Horum

1 Activæ

3 Optativi

1 Præsenti, vbi persona secunda vertit μι in ς, tertia addit ι: vt τίθημι, τίθης, τίθησι; 3 Dualis mutat σι in τον, & resumit vocales breves, vt τίθετον; inde σι in plurali dat μεν; ω, της, σι vt τίθημι, τίθεμεν, τίθεσι. vnde.

2 Imperfectum mutando μι in ν, & addendo augmentum, vt τίθημι ἐτίθην; secunda mutat ν in ς; tertia tollit ς, vt ἐτίθης ἐτίθη; Dualis adiicit τον & την, quas pluralis vertit in μεν, τε σαν, vt ἐτίθετον, ἐτιθέτην, ἐτίθεμεν, ἐτίθετε, ἐτίθεσαν. Sed

3 Aoristus secundi fit, σω futuri mutando in ν, addito augmẽto, vt à θήσω ἔθην, & progreditur vt Imperfectũ.

2 Imperativi

1 Præs. & Imperf. à secunda plurali præsentis Indicatiui, mutando τε in θι, vt ἴστατε ἵστατι, τίθετε τίθετι, sed τίθεται τίθεσο, euphoniæ gratiâ, & progreditur vt barytonon Aoristorum imperatiui passiui: vnde fit

2 Aorist. 2 tollẽdo tantũ reduplicationem, vt

1 θὲς vel θὴς
2 στῆθι
3 δὸς vel δὸθι

} vt præsẽs

1 Præs. & Imp. in Cõiugat.

1. ίω,
2. ῦι,
3. ῦι,

} & equũtur formã Aoristorũ passiuorũ in Barytonis. vnde.

2 Aorist. 2. primâ syllabâ sublatâ, vt στάθι, θέτω, ἱστάτω στᾶτον, θέτον δότην, δότω.

4 Subiunctiui

1 Præsens & imperf. à 1. plurali Indicatiui, tollunt μεν & vertunt vocalem præcedentem in ω, vt τίθεμεν τιθῶ, ἵστεμεν ἱστῶ, δίδομεν διδῶ. indeq;

2 Aoristus secundus (reduplicatione sub-

Vitaticus est hic contractus in 3 Coniugatione, ἱστάνω ἵστημι.

sublatâ δω̃, σω̃, τω̃, & non deflectunt multum ab Analogiâ Aoristorum passiuorum.

Infinitiui { 1 Præsens & Imperfect. fiunt à 1. plurali Indicatiui, mutando μεν in ναι, vt τίθεμεν τιθέναι: à quâ
2 Aoristus secundus abiectâ reduplicatione, & resumptâ longâ vocali, vt ἐστάναι στῆναι, excipe θεῖναι, δοῦναι, εἶναι.

6 Participia { 1 Præsentis & Aoristi secundi in Cõiugat. { 1ª, εἰς, εῖσα, ἐν. 2ª, ὰς, ᾶσα, ὰν. 3ª, ὶς, ῖσα, ὶν. 4ª, ὺς, ῦσα, ὺν. } 2 Reliquorum. vt in barytonis.

2 Passiua & mediæ { 1 Indicatiuo, præt. à 1. plurali Act. mutãdo μεν in μαι, vt τίθεμεν τίθεμαι, & sequitur formam perfecti passiui tertiæ Coniugationis. huius μαι, imperfectum vertit in μην, & eiusdem plusquãp. sequitur, procreans Aoristum secundum medium, tollendo reduplicationem, vt ἐτιθέμην ἐθέμην.
2 Imperat. σαι secũdæ sing: præsentis vertitur in σο, vnde Aoristus secundus, medius, vt τίθεσαι τίθεσο, vel τίθου θέσο ꝙ δοῦ.
3 Optat: μην fit ex ιω Act. & eodem modo Aorist. secund', vt τιθείην τιθείμην, θείμην in Aorist. 2o. medio tollẽdo reduplicationẽ
4 Subiunct. μαι additur Actiuis, & dictam legem sequitur Aoristus secundus, ut τιθῶ τιθῶμαι δῶμαι.
5 Infinit: Præsens, Imperfect: Aoristus secundus medius, & participia sequuntur regulam desinentiam in μαι vel μην Barytonorum sextæ Coniugationis, à quâ reliqua tempora non deflectunt.

2 Variatio discrepãs à Barytonis, est tantũ in præsẽti, Imperfecto & Aoristo 2 idq; vocis

Atq;

Concluſio ad Lectorem.

Atq; ita compendio patet, tot flexuum expeditior (vt ſpero) ſemita; vnde peritiores, refricent quod excidit: imperiti diſcant. Obſcuritatem præſtabit vtilitas; tollet, aut adhibita cuiuſuis Grammatice, aut vnicâ ſaltem ſeptimanâ prælegentis adminiculum. Quæcunq; hic deſiderantur, ſic privatim habeo aliàs delineata, vt è latinis (quæ didicimus) rudimentis commodè hauriantur. Quapropter non hic quærendum, quod tradere non erat inſtituti; ſed quæ Latinorum non quadrarent normis Contractiſſima Paralipomena. *Quæ ſi cordatioribus non erint deſpicatui, cæteri capiant an carpant, non penſi habeo.*

οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις διδακτὸν ἐστι τέλμα,
ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.
Δόξα μονῷ τῷ θεῷ.

FINIS.

VIX anno tradunt alij diſcenda; diebus,
Quæ tu das libro, ſex (*Prideauxe*) tuo.

GVIL: HELME *Sac. Theol: Bacch:*



TYROCINIVM AD SYLLOGISMVM

Legitimum contexendum, & *captiosum dißuendum, expeditissimum.*

IN QVO

Ad formam expensa Syllogisticam perstringuntur punctim Sophismata, nec minus solidè, quàm vulgò fit, ratione materiæ;

Excerptis ex optimis Authoribus exemplis Græcolatinis, vt majori cum voluptate & fructu, ex vtriusq; linguæ candidatis & legantur, & intelligantur.

Aristot. 8. Top. cap. 1. Sect. 26.

Εἰς δ σοφίσματα, παραδείγματα δὲ παραλογισμὸν ἐστὶν. παραδείγματα δὲ ὁμοία, δὲ ἐξ ὧν ἴσμεν, διὰ ὅμοιον μὲ διὰ χωρὶς Θ. ὅπου δ' ἂν σοφίσηται ἐν τὸ συμπέρασμα.

OXONIÆ,
Recudebat *Iohannes Lichfield*, & væneunt apud *Eliam Pearse*. *An.D.* 1629.

NOBILISSIMO, ET LECTISSIMO *Adolescentum Ternioni*, D.D.D. Christiano Generosiss. D. Hermanni Iulii proregis invictissimi Regis *Daniæ* in Insulâ *Gotlandiâ*, Domini in *Aberg*, *Bessyrup* filio: *Gregorio* etiam & *Erico* Generosiss. D. *Petri Iuli*, Domini in *Aspad*, & *Rinborg*, &c. filijs, suavissimis amicis meis, honore, amore, studio æternùm prosequendis.

S T hoc amoris priuilegium (Nobilissimi & clarissimi Adolescentes) non compingi eisdem, quibus amans cancellis, sed liberè pro libitu versari, non tàm vbi animat, quàm optat. Meum certè ita medullitus cepit vester candor, vt cohiberi non possit quin vobiscum peregrinetur. Siue ea humanitatis sit magnetica vis, vt vel ferrea hominum pectora ad se rapiat; siue pietatis peculium, eâdem quâ cognoscit operâ ignotos deuincire, siue gentilitium sit hoc etiam illibatæ Nobilitati, non videri, & tamen esse, frui, & non appetere, assectam habere famam, non dominam; fit nescio quo pacto, vt inter tot *Oxonienses* vestri cupientissimos, ego is sim, quem excutere non potestis si trans *Groenlandum* properetis. Pensitanti igitur solicititijs, quomodo vel meriti vestri, vel amicitiæ nostræ aliquod extaret testimonium; in procinctu non erat aliud præter incocta hæc aduersaria, quæ vestræ nunc memoriæ obseruantèr consecro. Non defuissent sat scio limatiores, qui elucubratius aliquid inscripsissent vestro nomini, nisi vos *Oxonium* inuisissetis, vt Theatrum *Cato*, tantummodo ad exeundum. In quo tametsi Deo disponente sic contigit, vt Nobilissimus vester *Offenius* essflaret vltimum, non vobis tamen locus esset minùs acceptior, vel illius tantum causâ, cuius ossa complectitur. Ille etenim flos delibatus Nobilitatis duplicem hic vnâ morte lucratus est vitam, apud Deum præcipuam, apud nos alteram, illam æternitatis, hanc famæ. Non dolendum igitur, quòd talis nos reli-

quis, sed quòd nos non relliquit tales. Speculum erat eius vita verè generosi, more Christiani; in hac de se, in illâ de mundo triumphauit. Nam in vltimâ (ut nostis) luctâ his ipsis verbis sæpiùs ingeminatis lacessiuit Diabolum, [*Habeo cælum, fur quod petis*] ad applausum & stuporem omnium astantium: meo quidem tanto eius affectu, ut iam nunc intueri & audire illum videor, elevatis manibus, & fixis oculis constantèr preces effundentem, recitantem articulos fidei, ornatissimi *D. Bartholomæi Iohannis* collo inhærentem, flentem, osculantem illi gratias agentem, quod tot labores, curas, vigilias exantlasset sui causâ, obsecrantem ut tandem desisteret in lamentis iacere, sed cordolio potiùs parentum lenimen medicaretur, Vos demum tres ad se vocantem, apprehendentem uniuscuiusq; dextram, monentem, hortantem, consternatis deniq; & singultientibus heroicè (quantum per morbum licuit) valedicentem. Quæ non ideò partitè repeto, ut dolor vester recrudesceret, sed ut inflammetur studium ad domesticum exemplum. Scio me currentibus calcar addere, sed quid tum?

Qui monet vt facias, quod iam facis, ipse monendo
Laudat.

Vos relicti estis ad conficiendum illud curriculum, quod ille tam fœliciter inchoauerat; ut numeret consultissimus præceptor vester, non quos amisit, sed quos habet, & è tribus solvat *Dania*, quod per quinq; pollicebatur. Hoc exoptant etiam ij, quibus vos meliùs, quàm patria vestra enotuit. Quod cum ipse in hoc munusculo conor significare, accipietur (non diffido) haud alitèr quàm mutui amoris nostri aliquod saltèm τεκμήριον. De Syllogismis (ut videtis) est, exemplis potiùs refertum quàm præceptis. Sic hinc inde erutis è *Peripati* veprecis, ut nonprorsus discrepent ab ijs, quæ ex *Ramo* vobis saltuatim tradidi. Præfatio præponderat tractatui propter vestra nomina; è quibus & vestrates intelligant quanti sit vbiq; benè instituta nobilitas; & ducantur nostrates ad eandem semitam, vel exemplo vestro, vel famâ. Postremò, ne patentior sit porta (ut lepidè ille) totâ ciuitate, qui ista vobis bona largi-

gitus

gitus est Deus, ita maestet indies magis & perficiat, ut semento messis, fructus flosculis, vos omnium vestrorum votis cumulate respondeatis. Ex quorum ego si non expungar albo, non desinam perpetuò esse, quem vestra me effecit virtus

E Musęo Oxonij Celeberrimę magnæ Britanniæ Academiæ, pridiè Solstitium Brumale Exod. 22. 21. *ADVenaM non Contristabis.*

Gordiano amicitiæ nodo vobis astrictissimus, *Iohannes Prideaux* Anglo-Deuonienſis, Exonienſis Collegij Socius.

GVIL: HELMS Exonienſis Coll: Socius Sac: Theol: Baccb.

DEceptu facilis bonus est. Tu dirigis omnes,
Vt technas, veri per rudimenta sciant.
Aptum opus ingenuis. Ergo illis iure dicatum,
Pectora qui gestant candida, nigra cavent.

IRrita nil prosunt furibundi spicula Turni,
Si natum Æneam protegat arte Venus:
Tela Sophistarum prorsus spernenda, libellum
Hunc si quis curet sedulitate legi.
Paucula dilatare nihil, constringere multa
Qui scit, præ reliquis omnia puncta tulit.
Authorem laus certa manet pro talibus ausis,
Qui clausit minimo commoda summa libro.

THOMAS CARIL L: è Coll: Exon.

Sectio prima de Syllogismi definitione, & propositionibus ipsius partibus.

1 SYllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam diuersum ab his quæ posita sunt necessariò accidit, eò quod hæc sunt. 1°. priorum cap. 1. Sect. 8. & 1 Top. 1. 3.

2 Ea autem quæ sic ponuntur præmissæ sive propositiones appellantur; quod ex his infertur, dicitur conclusio. Itaq;

3 Idem per Idem non est concludendum *vt Magnetē trahere ferrum, quia trahit ferrum*, est enim ridicula *Principij petitio*.

4 Nec plus inferendū in conclusione, quàm fuit in præmissis.

Vnde sophisma { Quæ non sunt visui, non sunt discenda,
Sed multa in organo Aristotelis non sunt visui,
Ergo organon Aristotelis non est discendum.

ἐν ἄλλοις. ἐν δὲ τούτοις ἐν ἄλλοις. ἀτόπως. Aristophanes.

Sol. Conclusio plus infert quàm præmissæ largiuntur, ideoq; non necessario accidit *vt quod hæc sunt*: sequitur tantùm, Ergo quædam in Organo non sunt discenda, non autem hoc, Ergo Organon Aristotelis non est discendum.

5 Propositio est oratio affirmans vel negans aliquid de aliquo, 1. *Priorum cap.* 1. Sect. 4.

6 Æstq; { 1 Categorica } { cap. 5. libri de
vel { 2 Hypothetica } { Interp. Sect. 4.

7 Categorica propositio est quę verbi vinculo continetur, vt homo est animal: Quæstores sunt stryges, Itaq;

Ταῦτα λαμβάνει. Aristophanes.

8 Duas habet partes { 1 Subjectum { *quas connectit copula*, vt in dato exemplo [*Homo*] est subiectum [*est*] copula, [*Animal*] prædicatum. 1. prior. cap. 1. Sect. 7.
2 Prædicatū }

9 Considerantur autem propositiones vel { 1 Per se, & sic enotescunt præcipuæ ipsarum divisiones intellecto hoc versiculo.
Qua? Ca: vel Hyp: Qualis? Ne: vel Aff: Vn.
Quanta? Par. Ind. Sing.
2 Inter se, & sic accidit illis { 1 Oppositio. 2 Æquipollentia. 3 Conversio.

10 Oppositionis lucta conspicitur in sequenti diagrammate.

πάλαι ῥηθέν, Zenophon.



χαλὸν ἀγαθὸν, Pittacus. τὸ φιλεῖσθαι μᾶλλον ἢ φιλεῖν. Arist.

11 Quarum dirimuntur lites vel ratione
- 1 Materiæ, in qua *Necessariũ*; Indefinita propositio æquipollet *Vniversali*: *Contingens* verò *particulari*. vt
  Intemperantia est noxia, *æquipollet huic*, Omnis intemperantia est noxia: *sed* vicissitudo est jucunda, *æquivalet tantùm huic*, aliqua vicissitudo est jucunda.
- 2 Negationis Non: vt patet hoc verficulo.
  Pra Contradic: post Contrar. pra post q; Subalter.

12. Conveniuntur autem per partium transpositionem.

13 Idq; vel
- 1 Simpliciter.
- 2 Per Accidens.
- 3 Per Contrapositionem.

Quod artificium latet in hoc verficulo.

14 *Ecce, tibi, Simp. Armigeros, Ac, Arma, bono, Con.*

Et elicitur observatis tantum vocalibus, ad ductum versuum insequentiũ.

15 *Asse-*

15 *Asserit A, negat E, sed universaliter ambo.*
Asserit I, negat O, sed particulariter ambo.
Hinc enim indigitatur talis conversio.

Perdictionem
- Ecce tibi: *Nullum violentum est perpetuum*, Ergo *Nullum perpetuum est violentum.*
- Ecce tibi: *Aliqua imperitia est intolerabilis*, Ergo *Aliquod intolerabile est imperitia.*
- Armigeros: *Omnis curiositas est dulcis amaritudo*, Ergo *Aliqua dulcis amaritudo est curiositas.*
- Armigeros: *Nulla fortuna est stabilis*, Ergo *Aliquod stabile non est fortuna.*
- Arma bono: *Omnia supervacanea sunt negligenda*, Ergo *Aliquod quod {non est negligendum non est supervacaneum.* / *vel quodcunq;*}

Τὸ βίαιον ἀσυγχρόνιον. Philo.
Βαρὺ ἀνυπόδοσία, Pittacus.
Πολυπραγμοσύνη γλυκὺ πικρόν. Plutarch.
Τὸ γὰρ ἐμμενὲς παρέχεται πάντα. Nazianz.
Εἰ τὶ ἀνθρωπίνως ἐστὶ πρᾶγμα. Isocr.
Διὰ τὸ ἐπιθυμητὸν ἑκάστοις ἕκαστα ἀεὶ, πάντα τε, ὡ ἔπη. Thucyd.
Χρῆσθαι σιωπῇ ἐστὶ, ἢ λαλεῖν καλῶς. Phil.
Ὅσα πλείω ἢ πόσα ἐκεῖ μᾶζον ἢ ἐνθάδε, Chrysost.
Καιρὸς ἀμείνων, κρείσσων ἐκβάσεως, καιρὸς, Arist.
Χρόνος πάλαι ἐστὶ, ἐν ᾧ ἀνθρώπου ἐστὶν ἐλπίς. Theocrit.
Ὅσον προσῆκεν τῷ ἀληθεῖ. Arist.
Ἡ μὲν ἀλήθεια χρῆσθαι, ἢ σιγᾶν ἐᾷ. Eurip.

Vide hac de re Keck. System. lib. 2, cap 6.

16 Hypothetica est quæ coniunctionis vinculo continetur. è 50 cap. de Interpret. Sect. 4. Iraq;

17 Duas habet partes
- 1. Antecedens.
- 2. Consequens. sive sequelam.

vt hic: Si cupidè dicideris, tum multa discres illud quod præcedit[um] est antecedens, quod sequitur, consequens.

18 Est q; vel
- 1 Cõgregativa, quæ est vel
  - 1 Copulata è coniunctione copulativâ; vt Duo adversantur sano consilio, Celeritas & Ira.
    - huius classis sunt
      - 1. *Comparativa huiusmodi*, vt satius est tacere, quam temerè loqui.
      - 2 *Relativa loci*: vt, vbi maior labor ibi major voluptas.
  - 2 Connexa è coniunctione connexivâ, vt si malis convixeris tum malus ipse fies. Quo spectant temporis istæ consequentiæ: vt tum aurei fuere homines cum vicissim amaret, qui amabatur
- 2 Segregativa, & est vel
  - 1 Discreta è coniunctione discretivâ: vt, Quanquam amicus Plato, amicus Socrates, magis tamen amica veritas.
  - 2 Disiuncta è coniunctione disiunctiuâ: vt Aut dic aliquid silentio melius, aut tace.

1 Propositio in Syllogismo est vel { 1 Maior / 2 Minor } vtraq; resolvitur in suos terminos.

2 Terminus autem talis est { 1 Maior extremitas / 2 Minor extremitas / 3 Medius } { quæ semper inveniuntur in quæstione. 1. Post. 19.

simplex { 3 Medius terminus qui aliunde assumitur, & sepius dicitur

3 Leges Syllogismi generales sunt

1 Syllogizare non est ex particulari. 1. prior. c. 24. par. 1.

Vnde sophisma { Aliquod animal est Simia, / Aliquis homo est animal. Ergo / Aliquis homo est Simia. }

2 Neve negativis recte concludetur si vis. *ibid.*

Quare fallit hoc { Nullus venter habet aures, / Nullum caput est uentre: Ergo / Nullum caput habet aures. }

3 Ex falsis sallum, verumq; aliquando sequetur. 2. prior. cap. 2. Sect. 1. item 4. 15.

vt { Omnis asinus perite tangit lyram. / Aliquis Musicus est Asinus: Ergo / Aliquis Musicus perite tangit lyram. }

4 Ex veris possunt nisi nisi vera sequi. *ibid.* 2. prior. 18. 1. vtraq; nunquam neganda est conclusio, sed vel major propositio, vel minor.

5 Et sequitur partem conclusio debiliorem, Quapropter.

6 Si qua præit partis, sequitur conclusio partis.

Quia debilior est particularis quàm vniversalis propositio. Et

7 Si qua negata venit, conclusio sitq; negata.

Quia debilior est negatio affirmatione.

8 Tres Syllogismi & tantum tres, termini habentur. 1. post. cap. 19. Sect. 1. 1. Prior. 25. 1. 5.

Vnde illud Syllogismus non currit quatuor pedibus.

Captio- sum est igitur, { Omne B. immediatè sequitur A. / Omne C immediatè sequitur B. Ergo / Omne C. immediatè sequitur A. }

Quia duplex hic assumitur medius terminus, nam aliud est ipsum B. in majori, aliud immediatè sequi B. quod habetur in minore. Vnde quatuor oriuntur termini, quod in omnibus pœnè sophismatis accidit.

9 Quos vt præmissæ tribuunt conclusio profert. 1. prior. cap. 34. 35. Item cap. 27. 12.

Idq;

τὸ ὁλοσχερὲς λεγόμενον.

2. Prior. 19. 1. Ἔστιν ὁ μέσος μὲν καὶ ἓν καὶ ἁπλοῦν. Lucian. Τὸν ἐν ἀρχῇ ὅρον. Cat.

Ὅρος λόγος. Varro.

1. Prior. 24. 3.

Ὅτι δ' ἀλήθεσ - σαν οὐκ ἀναγ - καῖον λέγειν βα - δίζειν.

Idq; sine veterarorū commutatione, vel

1 Categoricum { Asinus est aliud ab ove, / Aries non est aliud ab ove: Ergo sic. / Aries non est aliud ab asino. } vbi major extremitas [Asinus] fit [aliud ab asino] in cōclusione, quæ debet esse, Ergo Aries non est Asinus.

Ὁ μὴ ὄνος ἕτερός ἐστιν. Aristoph. 1. Prior. c. 30.

2 Conjugatorum hoc modo { Omnis homicida est labi; / Ratiocinari est omnis homini: Ergo / Ratiocinari est labi. } quâ [ratiocinari] è concreto in minore, fit abstractum in conclusione concludendum potius Ergo ratiocinantis est labi.

Ibid cap. 31. Καὶ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ κακὸς ἀνὴρ λέγεται ἀγαθὸς καὶ κακός. Alis καὶ ἄνθρωπος ἐστιν. Aristoph.

3 Terminorum quomodocunq; vt { Quicquid non quiescit, movetur / Terra non movetur, Ergo / Terra non quiescit. }

Concludendum est ergo *Terra non non quiescit*, hoc est per Æquipollentiam *quiescit*, vt integrè prædicetur in conclusione Major extremitas.

1o Lex generalis erit, medium concludere nescit.

Explodendum est ergo { Nullus puer fuit Iuvenis, / Omnis senex fuit puer: Ergo / Nullus senex fuit Iuvenis. } quia (*fuit*) quæ est pars medij termini ingreditur conclusionem.

4 Syllogismus est duplex { Explicitus; in quo nec redundat, nec deest quippiam; & est duplex { 1 Categoricus. / 2 Hypotheticus. } / 2 Implicitus sive Crypticus. }

5 Syllogismus Categoricus est vbi prædicatum quæstionis disponitur cum medio termino in majori propositione, & subiectum quæstionis cum eodem medio termino in minore propositione. Vt in propositâ quæstione (An Iuvenis sit Idoneus auditor moralis Philosophiæ) negatur, assumpto forinsecùs medio, *quia affectibus obtemperat*, jam quæstionis *subiectum* est Iuvenis, per 7. c. 1. Sect. disposito itaq; *medio* cum quæstionis *prædicato*, innato rationis impetu sic effunditur syllogismus.

Qui obtemperat affectibus non est idoneus auditor Moralis Philosophiæ.

Sed Iuvenis affectibus obtemperat: *Ergo*

Iuvenis non est idoneus auditor moralis Philosophiæ. *Arist. Eth. 1. c. 3*

Νέος οὐκ ἔστιν οἰκείως ἀκροατὴς πολιτικῆς ἐπιστήμης.

1 Figuræ, tres ad triplicem dispositionem medii termini, qui est.

Sub. præ. prima, bis Præ. secunda, tertia bis Sub.
Ex medii collocatione figuram cognoscimus. 1. prior. cap. 32. 10.

Non cum Iesuitis, itis qui cum Jesuitis.

6 In hoc spectantur { Disputata est igitur hæc Iesuitarum forma nisi 4ta figuram admittamus. { Qui negat articulum fidei, is solùm est hæreticus sed hæreticus est qui negat Tobiam habuisse canem. *Ergo* sequitur esse articulum fidei quod Tobias canem habuerit. Colloquium. Ratisbon. Protocoll. Monach. Sect. 11. pag 132.

2 Modi 19.
Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum,
Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.
Ex quibus.

7 Omnes directè concludunt, *excipe quinq; Quorum, si numeres, hæc nomina sunt*, Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.

8 Prædico maiorem cum fit conclusio recta,
Est indirecta cum prædicat illa minorem.

Sect: tertia. De tribus Figuris in specie.

1 Prima figura habet medium terminum subiectũ in maiori. (*Universali vel singulari, nunquam particulari*) & prædicatũ in minore (*in conclusione directa*) semper affirmãte, c. 1. Prior. c. 4.

2 Quare, in hac nõ concludit ex { 1 Maiori particulari, vt { Aliqua conversatio artes peperit. Omnis tumultus est conversatio: *Ergo* Aliquis tumultus artes peperit. *Cuius etiam furfuris sunt huiusmodi:* Vniuscuiusq; hominis manus altera est dextra, Sinistra est vniuscuiusq; hominis manus altera: *Ergo* Sinistra est dextra. { 2 Minore negante, vt { Omnes mortui sunt pares, Nulli viui sunt mortui: *Ergo* Nulli vivi sunt pares. *Vbi etiam negantium vim obtinent exclusivæ particulæ*, (solus, tantùm, duntaxat, &c.) *eiusdem igitur, est fidelia paralogismus.* Omnis dives est homo, Solus sapiens est dives: *Ergo* Solus Sapiens est homo.

Ὁμιλία ἐστὶν πρὸς πλήγας. Euripid.
Ἀμφιδέξιος ἐστὶν, Lucian.
Πάντα ἴσως πλήν. Phoc.
Μόνος σοφὸς πλούσιος. Stoici.

3 Mo-

3 Modos 9 complectitur, secundum illud.
Prima novem numerat, numerat quatuorq; secunda,
Vltima quæ restat retinet sex verba figuræ.

Bar. Omnis superbia est limitus stultitiæ,
ba- Omnis philautia est superbia: *Ergo*
ra. Omnis philautia est limitus stultitiæ.
Ce- Nullus mortalis scit quid sit futurum,
la- Omnis homo est mortalis: *Ergo*
rent. Nullus homo scit quid sit futurum.
Da. Omne carum est rarum,
ri- Aliqui libri sunt cari, *Ergo*
j. Aliqui libri sunt rari.
Fe- Nulla aquila captat muscas,
ri- Aliqua avis est aquila: *Ergo*
o. Aliqua avis non captat muscas.
Es. Omnis homo peccat,
ra. Omnis sapiens est homo: *Ergo*
lip Aliquis peccans est sapiens.
Co- Nullus suâ culpâ pauper est magni æstimandus,
lan- Omnes prodigi sunt suâ culpa pauperes: *Ergo*
tes. Nullus magni æstimandus est prodigus.
Da- Omnis admonitio ab amico est bona,
bi- Aliqua reprehensio est admonitio ab amico: *Ergo*
tis. Aliquod bonum est reprehensio.
Fa- Omne nimium vertitur in vitium,
ſeſ- Nulla moderatio est nimium: *Ergo*
mo. Aliquod quod vertitur in vitium non est moderatio.
Fri- Aliquod infortunium est calumniæ præmium,
ſeſ- Nulla felicitas est infortunium: *Ergo*
o. Aliquod calumniæ præmium non est felicitas.

Ἀλαζονία ἡ ἀνοίας ἐστὶ ὑφάλωσις. Sota dec.
Ἄνδρα τὸ μὴ λαλεῖν ἀνθρώπους. Demosth.
Σκαιότης τὸ πᾶν μῶν. Speusippus.
Ἀεὶ ὁ δειλὸς τὸ μὴ μοῖρα.
Ἀμαρτάνει τις καὶ σοφὸς ὢν πολλάκις. Æsch.
Ἄνοιτος καὶ πολλῶν ἡγεμὼν πόνων. Aristot.
Ἀρχὴ πρᾶξις ἀτυχὴς ἀνοίας μέγας. Homer.
Βάρος ἐστὶ, ἀνωφελὲς λόγος. Eurip.
Ἀχαλίνωτον στόμα τὸ τέλος δύσκολον. Eurip.

Sectio quarta. De secunda & tertia figura.

1 Modi secundæ & tertiæ figuræ reducuntur ad primam, non quòd vis illationis eorum confirmetur, sed vt dilucidiùs appareat. Zab.

1 Ostensiva, quam { 1 Initiales, B, C, D, F. nam incipientes in secunda vel tertiâ figurâ à B, ad Barbaram, à C, ad Celarent, à D, ad Darii, ab F. ad Ferio reducuntur.

2 In-

2 Reducio autem est vel ostendūt in modis certę quędam literæ, quæ sunt

1 Intermediæ S, P, M, C. vt patet his versiculis.
Simpliciter verti vult S. P. *vero per* Mec.
M. vult transponi, & per impossibile duci.

2 Per impossibile, cum illationis evidentia ostenditur per absurditatem admittendæ contradictionis, quod vsitatò tantum fit in Baroco & Bocardo, secundum hæc præcepta.
Maiorem servat variatá, secunda minorem.
Tertia maiorem variat, servatá, minorem.

3 Secunda figura habet medium terminum prędicatum in vtraq; propositione: maiori vniuersáli vel singulari numquam particulari, cáq;, vel minori semper negante.

Τινὲς μεγίονες εἰσι τῶν πλέιστων. Ἐκ δὲ ὁρᾶν μεγάλη τὴν ἀνθρώπων, Diog. Δώρα δ' ἀθανάτων οὐ μεμπτὰ, Liban.

4 Itaq;, hîc non cõcluditur

1 Ex maiori particulari vt.
- Quidam homines non observant ordinem,
- Omnes verè studiosi observãt ordinẽ: *Ergo*
- Quidam verè studiosi non sunt homines,

2 Affirmativè, vt 2. pri. c. 6.
- Amor nascitur ex aspectu, &
- Odium nascitur ex aspectu: *Ergo*
- Odium est amor.

5 Huius modi sunt quatuor.

Ces- Nulla naturæ dona sunt culpanda,
a- Omnia vitia sunt culpanda: *Ergo*
re. Nulla vitia sunt naturæ dona.

Reducitur ad

Ce- Nullum culpandum est naturæ donum,
la- Omnia vitia sunt culpanda: *Ergo*
rent. Nullum vitium est naturæ donum.

Ἀρχὴ κακῶν ἡ ἀργία πάντων ἀρχή.

Cam- Omne otium est mali principium,
es- Nullum ingenuum exercitium est mali principium: *Ergo*
tres. Nullum ingenuum exercitium est otium.

Reducitur ad

Ce- Nullum mali principium est ingenuum exercitium,
la- Omne otium est mali principium: *Ergo*
rent. Nullum otium est ingenuum exercitium.

Fre-

Fes- Nullus bonus versatur cum temulentis.
ti- Aliqui studiosi versantur cum temulentis: Ergo
no. Aliqui studiosi non sunt boni.

Reducitur ad

Fe- Nullus qui versatur cum temulentis est bonus,
ri Aliqui studiosi versantur cum temulentis: Ergo
o. Aliqui studiosi non sunt boni.

Ba- Omnis amicus est alter ego,
ra Aliquis familiaris non est alter ego: Ergo
co. Aliquis familiaris non est amicus.

Reducitur ad

Bar- Omnis amicus est alter ego,
ba- Omnis familiaris est amicus: Ergo
ra. Omnis familiaris est alter ego.

6 Tertia figura est cum è medio termino bis subiecto, in majori vtliber, in minore affirmante, conclusio particularis infertur.

Ergo subdolè hic concluditur. 1 Ex minore negante, vta Vniversali. { Omnis ebrietas est insania, / Nulla ebrietas est naturalis morbus: Ergo / Nullus naturalis morbus est insania. } { Nulla quæ nocent sunt expetenda, / Omnia quæ nocent, docent, Ergo / Nulla quæ docent sunt expetenda, }

7 Huius 6. sunt modi.

Da- Omnis canis panes somniat,
rap- Omnis canis est animal: Ergo
ti. Aliquod animal panes somniat.

Reducitur ad

Da- Omnis canis panes somniat,
ri. Aliquod animal est canis: Ergo
i. Aliquod animal panes somniat.

Fe- Nullum vitium vitio est curandum,
lap- Omne vitium est morbus: Ergo
ton. Aliquis morbus vitio non est curandus.

Reducitur ad

Fe- Nullum vitium vitio est curandum,
ri- Aliquis morbus est vitium: Ergo
o. Aliquis morbus vitio non est curandus.

Di-

Τὸν ἀμαρτάνοντα ἀληθῆ λέγειν.

Di- Aliquis lapsus linguæ verum indicat,
sa- Omnis lapsus linguæ est fortuitus: *Ergo*
mi. Aliquid fortuitum verum indicat.

Reducitur ad

Di Omnis lapsus linguæ est fortuitus,
ri- Aliquod verum indicans est lapsus linguæ: *Ergo*
i. Aliquod verum indicans est fortuitum.

Τὸ καλὸν καθ' ἑαυτὸ ἀναιρεῖ κακόν. *Aristl.*

Da- Omne malum seipsum destruit.
tis- Aliquod malum est speciosum: *Ergo*
i. Aliquod speciosum seipsum destruit.

Reducitur ad

Da- Omne malum seipsum destruit,
ri- Aliquod speciosum est malum: *Ergo*
j. Aliquod speciosum seipsum destruit.

Ὅλιγα φρονοῦντες ἐχθροὶ τοῖς ἀγαθοῖς πάντες. *Hyppocr.*

Ba- Aliqui sapientes vinum non bibunt,
ca- Omnes sapientes sunt imitandi: *Ergo*
do. Aliqui imitandi vinum non bibunt.

Reducitur ad

Ba- Omnes imitandi vinum bibunt
ba- Omnes sapientes sunt imitandi: *Ergo*
ra. Omnes sapientes vinum bibunt.

Οὐδεὶς θεοῖς ἀρέσκων ἀνθρώποις ἀπεχθάνεται. *Sopho.*

Fe- Nullus otiosus à Deo adjuvatur,
ri- Aliqui otiosi sunt Academici: *Ergo*
o. Aliqui Academici à Deo non adjuvantur.

Reducitur ad

Fe- Nulli otiosi à Deo adiuvantur,
ri- Aliqui Academici sunt otiosi: *Ergo*
o. Aliqui Academici à Deo non adjuvantur.

Ἀνὴρ ὁ [illegible]ντ. *Aristoph.*

8 Syllogismum tertiæ figuræ confirmat *Dedens* sive syllogismus expositorius è medio constans singularis, vt

Plutus est timidus,
Plutus est superbus: *Ergo*
Aliquis superbus est timidus.

quem consimilendi modum in cæteris etiam figuris recentiores admittunt.

Πλοῦτος μεγάλων *Pindar.*

Sect. 5. De Syllogismo Hypothetico.

Συμβαίνει τοῦτο τὸ ἀναγκαῖον διὰ τοῦτο. *Aristot.*

1 Sic se habuit Categoricus syllogismus, sequitur Hypotheticus, in quo tota quæstio est pars altera majoris propositionis affirmatæ & compositæ, medius terminus est pars reliqua, Vt, sit quæstio, *Vtrum Plato sit doctus?* Affer hoc medio, *Quia alios potest docere.* Vnde ex medij hujus, & totius quæstionis conjugio sic constatur major propositio: *Si Plato potest alios docere, tum est doctus.* è quâ quid assumendum tollendum, aut inferendum speciatim præcipitur.

Vid. 1. prior c. 44. 1. 4.

2 Reducitur autem ad Syllogismum Categoricum, & proinde

inde ex illius constat regulis an legitimus sit, vel latenter adulterinus. Pola in Syntag. lib. 1. Vtsin. in Dialect. Rami lib. 2. cap. 4. Crellius Isagog. lib 3. cap. 7.

3 Estq; vel { 1 Connexus, 2 Disiunctus } exempla enim copulati aut discreti syllogismi apud probatos authores non occurrunt. Polan. & Vtsin.

4 Cõnexus cõstat è maiori cõnexiva, & est duplex

1 Constructivus, qui ex assumpto antecedente consequẽs cõcludit, vt
Si Megarensis conduxit Asinum, tum conduxit ipsius vmbram; sed verum prius: *Ergo* posterius.
Reducitur sic ad Darij vel Barbara primæ figuræ.
Da. Qui conduxit asinum, conduxit ipsius vmbrã
ri. Megarensis conduxit asinum: *Ergo*
i. Megarensis etiam conduxit vmbram asini

2 Destructivus, vbi amoto cõsequente antecedens tollitur, vt
Si sit bonus, tum credit seipsum esse malum.
Sed non credit seipsum esse malum. *Ergo*
Non est bonus.
Valet per secundam figuram in Baroco *aut* Camestres, *vt*
Ba. Bonus credit seipsum esse malum:
ro. Hic non credit seipsum esse malum: *Ergo*
co. Hic non est bonus

Vid. Dissertationem Iulii Ioh. Scaligeri apud Plutarch. in De mus

Ἐὰν ἦν ἀγαθὸς, οὐκ ἂν ἑαυτὸν ἐνόμιζεν εἶναι κακὸν. Epicher.

5 Syllogismus disiũctus est cuius propositio maior est disiũncta

Estq; vel { Primus. Secundus.

7 Primus qui è disiunctis membris tollit alterutrum vt concludat reliquum.

1 Duarum, vt
Aut hac via lepus effugit, aut illa: sed non hac, ergo illa; vel sed non illa, ergo hac.
Reductio
Da. Qui non hac elapsus est, illac effugit:
ri. Sed hic lepus non hac elapsus est: *Ergo*
i. Illac effugit. Vbi minor non negativa (vt videtur) est, sed infinitè affirmans ac si talis esset, *Sed hic lepus est hac non transiit.* Crell. & Polan.) vtrumq; si convellatur membrum. Dilemma quasi *διὰ κεραμέως* sive bis sumptum dicitur, quod Rhetorum potius est quam Logicorum.

Argumentum canis in bivio apud Plut. *Ἀγχίνους κύων* Spinu. Diog.

8 Estq; vel partium

2 Plurium, vt
Si fælicitas sit bonum, tum vel animi, vel corporis, vel fortunæ: non corporis, non fortunæ, *Ergo* animi, vel non animi, non corporis, ergo fortunæ. *Reductio.*
Bar. Omne bonum est animi, aut corporis, aut fortunæ;
ba. Fœlicitas est bonum, non animi, non corporis: *Ergo*
ra. Bonum est fortunæ,

Arist. 1. Ethic. 1. Polit. cap. 2.

9 Disiunctus is est, qui è disiunctis maioris propositione mē-
bris omnibus affirmatis, assumit vnum, vt tollat reliquum: vt
Aut abeundū, aut bibendum; Sed abeundum est: Ergo non est bibendum.

10 Itaq; puerilitèr hic argumentatur

1 Ex literâ partis minoris negatiua, vt
Re- Fa- Abire non est bibere: Sed abeundum est: Ergo non est bibendum.

2 Affirmatiuè, vt
Socrates est mortalis, aut non est mortalis, Sed est mortalis; Ergo non est mortalis.

3 Scioli, vel
Inferendum potius, Ergo non est non mortalis. Solearius est aut Deus, aut Dæmon, Sed est Deus, Ergo est Dæmon.

Ἡ ἀνάγκη ἀναιρεῖ τὸ ἑκούσιον, Plato, "Ανανκος δὲ φύσιν, ἢ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἄλλως ἔχειν, ἢ κρείττονος ἀντιλογικοῦ. Aristot. 1. Phy. c. 2.

Sect. 6.

1 Lineamēta sūt ista vtcūq; syllogis: ex p̄cati, sequitur Cryp-
ticus excessu, aut defectu, aut partiū inversione labōrāa. Itaq;
2 Si qua dubitatio propterea fuerit, explēda quæ desunt, am-
putanda quæ superfluunt, rediganda pars quælibet in locum, &
ad simplicis syllogismi lancem peniticulatiùs est trutinanda.

3 Huius species celebriores sunt

1 Enthymema quod ex altera tantum præmissarum infert conclusionem, vt
Patris increpatio suave est remedium, Ergo Est magni facienda, Itaq;

2 Inductio, vbi ex collectione sing: aut partic: vniversale cōcluditur, vt
1 Duabus constat partibus, antecedente & consequente, quæ si perpetām coalescant, vulgò dicuntur
Negatur argumentum; &
2 Reducitur ad perfectum syllogismum, adjuncta, quæ deest, propositione majori aut minori:
Bernardus non vidit omnia, Plato non vidit omnia Aristoteles non vidit omnia, & sic in cæteris; Ergo vnus vir non vidit omnia. Itaq;
Elluditur adducta instantia, vt in adhibito exemplo, si ostendam aliquem extitisse qui omnia perspexerit, concidit Inductio.

Πλεῖστα βαδίζουσιν ἐπὶ βραχύ. Socrat.

Ἔστ' ἄνδρ' ὃ πάντ' ἐφ' ἡμέρᾳ μαθών. Euripid.

3 Exempla, in quo vnum ex alio probatur propter vtriusq; simulitudinem, vt
Laudabilis erat Spartanis majorum reverentia, Ergo convenit nos etiam senīores revereri.

4 Sorites, qui ex pluribus propositionibus invicē concatenatis à primo ad vltimum (vt loquūtur) cōcludit, vt
1 Reducitur ad perfectum syllogismum, vt Enthymema, additis, quæ deest propositione: &
2 Refellitur ostensa partium dissimilitudine.
Qui benè audit, benè discit, qui benè discit rectè sapit; qui rectè sapit, immortales acquirit possessiones, Ergo qui benè audit, immortales acquirit possessiones

Ἓν σοφὸν μόνον ἐπίστασθαι καὶ θεὸν εἶναι. Isocr.

FINIS.

9 Disiunctus 2us est, qui è disiuncta maiori propositione mẽbris omnibus affirmata, assumit vnum, vt tollat reliquum: vt

Aut abeundũ, aut bibendum sed abeundum; ergo non est bibendum

- Reductio
  - *Fe.* Abire non est bibere:
  - *Si.* Nunc est abeundum: *Ergo*,
  - *Cio.* Non est bibendum.

10 Itaq; hic argumentatur

- 1 Ex altera pueriliter parte maioris negata, vt
  - Amicus est mutabilis, aut non est mutabilis,
  - Sed est mutabilis; *Ergo* non est mutabilis.
- 2 Affirmatiuè, vt
  - Inferendum potius,
  - *Ergo* non est non mutabilis.
  - Solitarius est aut Deus, aut Dæmon.
  - Sed est Deus, *Ergo* est Dæmon.

scioli, vel

Ἤιδη, ἢ ἀνδρὸς φίλος δυμπόσιον ἐλθεῖν ξώων. *Plato.*

Ἀνωλεῖ δὲ φύσει, ἢ διὰ τύχω, ἢ πανὶ λύεται, ἢ κρείττων ἢ ἄνθρωπος. *Arist. 1. Pol. c. 2.*

Sect. 6.

1 Lineamẽta sũ iista vtcũq; syllogisi: explicati, sequitur Crypticus excessu, aut defectu, aut partiũ inversione laborãs. Itaq;

2 Si qua dubitatio propterea fuerit, explẽda quæ desunt, amputanda quæ supersunt, rediganda pars quælibet in locum, & ad simplicis syllogismi lancem peniticulatius est trutinanda.

Παῦρα διαλιμπάνει ὁ πολύφημος. *Socrat.*

- 1 Enthymema quod ex altera tantum præmissarum infert conclusionem, vt
  - Patris increpatio suave est remedium, *Ergo* Est magni facienda, Itaq;
  - 1 Duabus constat partibus, antecedente & consequente, quæ si perpetuàm coalescant, vulgò dicitur *Negatur argumentum*; &
  - 2 Reducitur ad perfectum syllogismum, adjuncta, quæ deest, propositione majori aut minori:

Εἰς ἀνὴρ οὐδεὶς ὄψεται. *Euripid.*

- 2 Inductio, vbi ex collectione sing: aut partic: vniversalis cõcluditur, vt
  - Bernardus non vidit omnia, Plato non vidit omnia Aristoteles non vidit omnia, & sic in cæteris; *Ergo* vnus vir non vidit omnia. *Itaq;*
  - Eliditur adducta instantia, vt in adhibito exemplo, si ostendam aliquem extitisse qui omnia perceperit, concidit Inductio.

Ἐν ἀνάγκῃ μόνῃ λυτίλεως χαρίζεται. *Plutar.*

- 3 Exempla, in quo vnum ex alio probatur propter vtriusq; similitudinem, vt
  - Laudabilis erat Spartanis maiorum reverentia, *Ergo* convenit nos etiam seniores revereri,
  - 1 Reducitur ad perfectum syllogismum, vt Enthymema, addita, quæ deest propositione: &
  - 2 Refellitur ostensa partium dissimilitudine.

Ἡ σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον. *Isocr.*

- 4 Sorites, qui ex pluribus propositionibus invicè concatenatis à primo ad vltimum (vt loquũtur) cõcludit, vt
  - Qui benè audit, benè discit, qui benè discit rectè sapit; qui rectè sapit, immortales acquirit possessiones, *Ergo* qui bene audit immortales acquirit possessiones

3 Huius species celebriores sunt

FINIS.